





John Carter Brown  
Library  
Brown University





# IOANNIS TRI-

TEMII ABBATIS SPANHE

menſis Epiftolarum familiarium libri duo ad diuer-  
ſos Germaniæ Principes, Episcopos, ac eru-  
ditiōne præſtantes uiros, quorum  
Catalogus ſubiectus eſt.



**CAVTVM EST PVBLICO EDICTO**

Cæſaræ Maiestatis, ne quis alius impune intra  
quatuor annos imprimat.

**HAGANOAE EX OFFICINA**

Petri Brubachij, 1536.

# CAROLVS QVINTVS

Diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus, ac Germaniæ, Hispaniarum, Virusq; Siciliae, Hierusalem, &c. Rex. Archidux Austriae: Dux Burgundiae, Brabantiae, &c. Comes Habsburgi, Flandriae, Tyrolis &c. Notum facimus tenore presentium. Quum Honorabilis Doctus noster, & Imperij Sacri fidelis dilectus Iacobus Spiegel Selestadiensis, Iu. Vt. Doctor, Diui Cæs. Maximilianis Aui & Praedecessoris nostri præclarissimæ memoriae, ac noster & Serenissimi Principis Domini Ferdinandi Romanorum Hungariae & Bohemiarum Regis, &c. Fratris nostri charissimi, Consiliarius & Secretarius, à primis annis usq; ad ingrauescentem ætatem suam, eidem Diuo Maximiliano Augusto, nobis & præfato Serenissimo fratri nostro, diuersis arduis & grauibus, atque ad id ijs in rebus, quæ & taciturnitatem, & fidem longe maximam requirunt, fideliter & accurate inservierit, operamq; suam in nostrum, Sacri Imperij, & clariss. Domus nostræ Austriae commodum & utilitatē, summa cum laude impenderit, demum uero, quum & ætate & ualetudine minus firma esse cœpisset, impetrata honesta missione ad uitam tranquilliorē sese conferre decreuerit, ubi & sibi & literis, quod reliquum esset uitæ, liberius transigere posset. Atq; ut hanc quoq; partem temporis, Reipublica impenderet omnem curam atq; studium suum, bonis Autoribus, tum à situ & mendis uindicandis & repurgandis, tum doctis Scholijs illustrandis, in communem studioforum utilitatem conuertere non desistat. Nos itaq; honestissimum hoc illius institutum pro uirili uauare & promouere cupientes, eidem Consiliario & Secretario nostro Iacobo Spiegelio hoc Priuilegium clementer indulgimus & concessimus, tenoreq; presentium concedimus & indulgemus, ac publico edicto cautum esse uolumus, ut quæcuq; bonorum Autorum uolumina, cuiuscunq; Clasis inter probas artes fuerint, quæ illè, aut ab se correctæ, aut Scholijs illustratæ, & uel hæcenus nusquã editæ, seu impressæ, uel antea editæ, uel alibi excusis emendatiora in publicam studioforum utilitatem alicui Typographo sibi grato, intra proximiū decennium à datis presentium continue numerandam, excudenda dederit, ne quis alius præter eundem Typographum (quisquis ille fuerit) huiusmodi uolumina seu exemplaria, intra quatuor annos ab eorūdem æditione imitari eisdem uel aut alicuius generis Characteribus procedere, aut alibi excusa intra fines.

Rom. Imperij adportare, uel aliunde importata uendere, distrabere, aut ut ista ab alijs fiant, autor esse, operamue, consiliūmue suum, palam uel occulte adhibere, aut prestare aufit, sub multa decem Marcharum auri puri Eisco nostro imperiali fraudis uindicti, & præsato Spiegelio Consiliario nostro, ex æquo pendendarum necnō amissionis exemplarium, quæ Typographus ille qui prædicta uolumina uoluntate Spiegelij impresserit, ubicunq; locorum natos, per se suosue, uel adiuuante Magistratu loci, uel non iuuante arripere, ac in potestate suam redigere possit. Mandamus proinde omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, & alijs quibuscunq; nostris & Imperij subditis, cuiuscunq; status, ordinis & conditionis, ut hoc nostrum Priuilegium & edictum inuiolabiliter obseruent & adimpleant, & seruandum curem, neq; quicquam in cōtrarium facere seu attentare præsumant. Quin potius præfatum nostrum Consiliarium Iacobum Spiegelium, uel Impressorem ab ipso deputatum, aut ab illis uel altero eorum mandatum habentes, pro præsentis edicti nostri consequendo effectu, omni fauore & auxilio prosequantur, quatenus pœnas antedictas malint eutare. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarū & appenso Sigillo nostro munitarum. Datum in Ciuitate nostra Panormo, die decima quarta mensis Septembris. Anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo quinto, Imperij nostri decimo quinto, & Regnorum nostrorum uigesimo.

Ad mandatum Cesareæ & Catholicæ  
Majestatis proprium.

Obernburger.

A 2



# CLARISSIMO

VIRO DOMINO MATHIAE HELD

Cæsareo Consiliario & Procance llario Germaniæ,

Iacobus Spiegel Seleftadiensis S. D



VM PRO TVA PRV  
dentia non uulgari, minime  
ignores, uix clarissime, q̄ sum-  
mis semper uiris doctissimorū  
hominum scripta sint dedica-  
ta, minus importunū aut etiā  
ineptum à me fieri statues, q̄  
sub tui nominis auspicio hos  
Epistolarum familiarium libros  
Ioannis Tritemii Abbatis Spā  
hemensis in publicum emittam. Nam cum in animo mecum  
reputo, quā praeclare de bonis literis ac studiosis omnibus  
sis meritus (ut quæ priuatim in me contuleris beneficia iam  
non attingam) non satis candide facturum me arbitraber, si  
hos alteri potius quā tibi offerrem. Et cum apud Cæsaream  
Maieſtatem in hoc sacrorum ſcriniorum genere uerſeris, ut in  
ſcribendis epiſtolis ad ſummos excellentiſſimōſq; tum prin-  
cipēs tum uiros ſemper ſis occupatiſſimus, non dedignaberis,  
opinor



EPIST. NVNCVPATORIA

opinor, & has per ocium legere, quas Tritemius ad præstantif-  
 simos Germaniæ principes, tum etiã doctissimos quosq; suæ  
 ætatis scripsit, & quas ipsi uicissim ad illum. Neq; iniucundum  
 tibi fore existimo, si harum lectiõni paululum temporis conce-  
 das, ut superioris ætatis ueluti imaginem quandam in animo  
 concipias, qua me sub incomparabili heroe ac laudatissimo  
 Cæsare Maximiliano primum in aulam contigit recipi. Ego sa-  
 nè fateor, me non mediocri affici uoluptate, quoties in his epi-  
 stolis optimorum uirorum recordatione fruor, quos iam par-  
 tim uita defunctos, partim adhuc superesse non ignoramus.  
 Et quanquam temporis longinquitas plurimum possit in re-  
 bus humanis, ut multa per illam obliterentur, aut etiam im-  
 mutantur, huius tamen lectiõnis beneficio, non iam defunctos,  
 si qui ex his obdormierunt, nec qui supersunt absentes amplius  
 existimo. Neq; te latere potest in quanta existimatione ubiq;  
 habitus sit Tritemius, ob incredibilem ingenii acrimoniam,  
 & acerrimum in omni genere literarum studium: prudentiam  
 uero tantam, ut à regibus & principibus, & ab ipso Maximilia-  
 no omnifariam sua ætate maximo Imp. in summo honore ha-  
 bitus sit, ac sæpius ut se in ordinem consiliariorum adscriberet,  
 rogatus. Atq; hanc singularem humanitatem ac beneuolen-  
 tiam Illustrissimorum principum superioris sæculi erga præ-  
 stantes eruditione uiros, nostræ ætatis principes conuenit imi-  
 tati, & summo studio fouere eos, quorum beneficio tantum  
 ad immortalitatem perueniunt. Quod si Philippus Palatinus  
 Rheni, Bauariæq; Dux, Fridericus Saxonie Dux, Ioachim  
 Marchio Brandenburgensis, Hermannus archiepiscopus Co-  
 loniensis, principes Electores, tanto fauore doctos suæ ætatis  
 prosecuti sunt, æquum est ut nostro etiam tempore doctissimi  
 quicq; liberaliter foueatur. Cæterum in his epistolis uidere licet:

## EPIST. NVNCVPATORIA.

quàm religioſe de chriſtiana religione ſenſerit Tritemius, & quanto ſtudio propugnauerit eandem contra id ætatis con-  
 cionatores, qui crebrius Ariſtotelem aut Porphyrium, quàm  
 Chriſtum, aut Apoſtolos è ſuggeſtu allegabant, indigniſimū  
 eſſe exiſtimans, non ſufficere dogmata Chriſtiane fidei ad in-  
 ſtituendam Eccleſiam Dei, immo etiam præferri his uaniſſi-  
 ma Ariſtotelicorum figmenta. Iucundum admodum eſt ac  
 conſolatione plenum, q̄ præter Chriſti & Apoſtolorum, a-  
 deoꝝque omnium ſanctorum, etiam ſuo exemplo toties ad pa-  
 tientiam hortatur, ac retrahendum eſſe animum uindictæ cupi-  
 dum, quæ uirtus omnium maxima eſt, non tam in magnis  
 & potētiſſimis uiris, q̄ in miniſtris Verbi Dei, quos par eſt pro  
 Chriſti gloria illuſtranda omnia patienti animo ſufferre. Sed  
 quàm rara ſit hoc tempore in plariſq; hæc uirtus quotidiana  
 experientia edocet. Apoſtoli Pauli quoties mentionem facit,  
 aptiſſimo epitheto Chriſtophilum eum nominat. Quid enim  
 non beneficiorum Deus in hunc Apoſtolum contulit? aut ex  
 quibus non periculis eum liberauit, ut ueritas promiſſionum  
 ſuarum conſtaret? Quæ omnia eò reſpiciunt, ut pulcherrimā  
 hanc uirtutem omnes ubiq; præſtemus, maxime quibus in Ec-  
 cleſiis ad docendi munus rite manus impoſitæ ſunt. Ad hæc  
 cum uitæ fuerit inculpatiſſimæ (fuit enim mihi multis annis fa-  
 miliariter notus) ac ſummo ſtudio ſcripturis diuinis ſemper  
 intentus, ut nemini dubium eſſe poſſit, quin pium admodum  
 & fidelem abbatem ordinis ſui præſtiterit, mirum eſt q̄ tam ni-  
 hil aut parum ſuæ ſanctimonix adſcripſerit coram Deo, cum  
 noſtra hac ætate hoc nomine etiam ii ſoleant gloriari, qui ab  
 omni conuerſatione pia & honeſta, quæ non niſi ex uiua fide  
 proficiſcitur, ſunt alieniſſimi. Sed ne prolixitate literarum tibi  
 moleſtus ſim, exhibeo iam tibi Tritemium, ipſum abbatē Span-  
 hemeſem

EPIST. NVNCVPATORIA.

hemensem, quem uel ideo doctis ac optimis quibusq; gratiore  
fore confido, q̄ non solum sub tuo patrocínio exeat in lu-  
cem, quod plurimi apud omnes sit, uerum etiam q̄ te interces-  
sore Casareo donatus priuilegio, hoc liberius ac commenda-  
tius in manus hominum sit peruenturus. Nec retrahet quenq̄  
opinor à lectione tanti uiri, q̄ sui ætatis familiari sermone usus  
sit, nonnullaq; noue dixerit, quæ huius sæculi eruditiores non  
recipiunt, cum non tam uerba quàm rem ipsam necesse sit spe-  
ctare. Quare cum propter multa humanitatis tuæ beneficia me  
tibi obligaueris, ac post nuper Palatii Comitè me dictum, iam  
denuo misso hoc priuilegio ita deuinxeris, ut uix unq̄ queam  
esse soluendo, æquissimum etiam fore statui, ut ad te quoque  
in primis laborum tuorum fructus redirent. Bene uale uir clarif-  
sime, ac boni consulas precor hoc meum studium erga te, ma-  
iora gratitudinis officia relaturus, quando cunq; Deus occa-  
sionem obtulerit, cui te quàm commendatissimum esse pre-  
cor & opto. Ex Selestadio die tertia Martii; Anno à nato Ser-  
uatore M. D. XXXVI.

SVO AMANTISSIMO PETRO  
Brubacchio Typographo Haganoensi Iacobus Spiegel  
Doctor, Sacriq; Lateranensis Palatii  
Comes S. D.



Nisi mihi animus tuus perspectus esset, amantissime Petre, non sic admitterem excusationem, qua in proximis tuis literis usus es. Scribis enim te præ tenuitate hoc præsertim tempore non posse mihi gratificari, ut epistolas familiares Iohannis Tritemii ad proximas nundinas ædas, nisi te ac rem tuam familiarem quantum iamcūq; (sic enim scribis) in damnum conicere uolueris. Itaque ne quid detrimenti rebus tuis meo nomine accersas, mitto tibi exemplum priuilegii, quod ante paucos dies à Cæsarea Maiestate accepi, ne tibi improbitas quorundam uestri ordinis hominum noceat, qui uos nec primitias laborum uestrorum patiuntur degustare. Quare rogo, ut quanta fieri possit diligentia in imprimendo adsis, ut quàm emédatisime publicentur. Quòd si hac in re studium sensero tuum, sapius post hac in aliis quoq; autoribus ædendis me amico sis usus. Geuilerum, per quem has accipies, & simul Stemlerum nostrum salutabis nomine meo. Et tu cum eis bene uale. R. aptim.

Ex Selestadio Nonis Ianuariis. M. D. XXXVI.

# CATALOGVS ILLV

STRIVM VIRORVM AD QVOS

Tritemius scribit, & qui ad illum vicissim, in quo  
prior numerus epistolam, alter  
paginam designat

IN PRIMO LIBRO SVNT.

- M** Jacobo Tritemio fratri dulcissimo, epistola nuncu-  
patoria in primum Librum 1. 1.  
Ad Priorem & Conuentum monasterii sui Spanhemensis,  
in principio temeritatis Cy nonotorum 2. 2.  
Ad M. Iacobum Tritemium fratrem dulcissimum in Span-  
heim consistentem, ut libros custodiat 3. 4.  
Priori suo Nicolao Remitio, significans infirmitatem  
suam, & pro quibusdam græcis uoluminibus scribens 4. 5.  
M. Iacobo Trit. fratri, ut ueniat Spirâ cū libris ibi māsus<sup>9</sup>. 5. 6.  
Rogerio Sycambro Canonico sancti Augustini Dumeten-  
si, non proculâ Vuormatia 6. 8.  
Ioachim Dei gratia Marchio Brandenburgensis princeps  
Electo, &c. Ioan. Trit. abbati Spähemési præceptoris suo. 7. 9.  
Responsorio Ioan. Tritemii. ad illustrissimum principem  
Ioachim Marchionem, &c. 8. 10.  
Ad fratrem Nicolaum Remitium Priore & uicarium suum  
in Spanheim, quando Coloniam descensurus erat 9. 11.  
Ad fratrem Ioannem Nutium seniore, monachum Spanhe-  
mensis, olim præpositum monialium in Bibelis 10. 12.  
Dôminæ Richmodi de Hoerst monasterii Sebacësis abba-  
tissæ uirgini Deo dicatæ, &c. 11. 19.  
Rogerio Sycambro Dumetensi uiro studioso 12. 23.  
Iodoco Beiselio Iurisconsulto, poetæ oratoriq; clarissimo,

## C A T A L O G V S

A quenſium Patricio, &c.	13. 29
Ad M. Matthæum Herbenum, uirum certe doctiſſimum	
S. Seruati Traieſti ſuper Moſam capellanum	14. 32.
Ioan. Capellerio mathematico peritiſſimo in Regia ulla uicecomiti	15. 35.
Iacobo Kymolano Carmelitani ordinis, &c.	16. 36.
Ad Gerlacum abbatem monaſterii S. Hereberti in Tuitio iuxta Rhenum, in oppoſito ciuitatis Colonienſis	17. 36.
Iacobo de Maſeck medicinae doctori, ſacrae diuæ crucis in Colonia æd. ſ. curatori	18. 37.
Ad Ioã. Capelleriũ mathe. Græcæ liguæ ſtudioſum.	19. 42.
Ad Rogerium Sycambrium canonicum ſancti petri Du- metis regule diui Auguſtini	20. 44.
Richmodi de Hoerſt abbatiffæ Sebacenſi, &c.	21. 46.
Ioanni Grypoſio ciui ſtauropolitano	22. 47
Ioanni Capellerio mathematico, &c.	23. 49.
Ad Ioã. Steiniẽmoel preſb. i Mechilinia cõmoratẽ.	24. 57.
Ad Ioan. Brachtiiũ Priorẽ S. Math. prope Treuirim.	25. 58.
Iacobo Kymolano Theologo ordinis Carmelitani Beatæ Virginis, de uera ſapientia	26. 60.
Ioan. Cantherio Friſio ex Groningen, medico, &c.	27. 68.
Epiftola Richmodis de Hoerſt abbatiffæ in Sebach, ordi- nis ſancti Benediſti, ad Ioan. Trit.	28. 71.
Epiftola Ioannis Tritemii ad Rogeriũ Sycambrium ſancti Petri Dumetis regule diui Auguſtini	29. 72.
Ioanni Capellerio mathematico doctiſſimo	30. 73.
Ad Rogerium Sycambrium canonicum, &c.	31. 82.
Epiftola excuſatoria, quare uadat in Marchiã ad Ioannem Nutium ſeniorẽ monachum in Spanheim	32. 84.
Epiftola Germani de Ganay Pariſienſis, uiri potentis atq; doctiſſimi ad Ioan. Tritemium, &c.	33. 88.
Ad Germa	

## C A T A L O G V S

Ad Germanum de Ganay, uirum illustrem atq; doctiss. Regis Francorum consiliarium apud Parisios	34. 89.
Epistola Vuolffgangi Hopilii cuius Parisiensis moribus & scientia decorati	35. 94.
Ad Vuolffgangum Hopilium respōsoria Ioan. Trit. 36. 95.	
Epistola Libanii Galli uiri omnium suis temporibus doctissimi ad Ioannem Tritemium	37. 97.
Responsoaria Ioan. Trit. ad Libanium Gallum, &c.	38. 99.
Ad Carolum Bouillum de sancto Quintino, in schola Parisiensi Theologorum principi	39. 101.
Ad Richmodem de Hoerist abbatissam Sebacensem uirginem Deo dicatam	40. 103.
Ad Priorem & Conuentū in Spanheim per fratrem Theodoricum ex Marchia Brandenburgensi	41. 107.
Ad illustrissimum principē Philippum Palatinum, Rheni Bauariæq; Ducem, &c. Ioan. Trit.	42. 109.
Epistola Ioan. Trit. ad M. Iacobum Trit. fratrem dulciss. ut sacris studiis insudet contemptis curiosis.	43. 109.
Rogerio Sycambro Canonico Dumetensi	44. 113.
Ad Ioannem Vigilium de Sunshheim iuris V. Doctorē, Palatini principis consiliarium	45. 114.
Ad Ioannem Damium Curtensem præpositum monialiū in Nouocastro iuxta Budorim	46. 115.
Ioanni Brachtio Priori sancti Mathiæ apud Treuiros ex Marchia Brandenbui gensi	47. 116.
Epistola Theodorici episcopi Ecclesiæ Lubucensis in Marchia, Theologi & Iurisconsul. ad Tritē	48. 117.
Tritemii epistola responsoaria ad Theodoricum episcopum Lubucensem	49. 118.
Ad Ioannem Euriponum Theologum ordinis fratrum uirginis matris Damensem	50. 119.

## C A T A L O G V S

Epistola M. Eucharii Heimerii Neometensis presbyteri ad Ioannem Tritemium	51. 119
Responsorialia Tritemii abbatis Spanhem.	52. 121.
Epistola fratris Nicolai Remitii Prioris in Spanheim ad Ioannem Tritemium abbatem	53. 123
Responsorialia Tritemii ad eundem Nicolaum Remitium ex Marchia Brandenburg.	54. 124
Epistola Iacobi Tritemii fratris ad Ioannem Tritemium in Marchia existentem	55. 126.
Responsorialia Ioannis Tritemii ad priorē epistolam.	56. 127.
Epistola Theodorici episcopi Lubucensis in Marchia uiri integerrimi ad Ioannem Tritemium	57. 127.
Responsorialia Ioannis Tritemii abbatis Spanhem.	58. 128.
Ad Hermannum Buschium poëtam laureatū in Gymna sio Lypfensi, literas humanitatis docentem	59. 129.
Ad Conradum abbatem cœnobii sanctorum Vdalrici & Afræ in Augusta ordinis sancti Benedicti	60. 131.
Georgio Sybuto poëte laureato literas humanitatis in Gy mnasio Vuittenbergensi docenti	61. 132.
Ad illustrissimum principem Ioachim Marchionem Bran denburgensem, ex Budori	62. 136.
Ad priorem & Conuentum in Spanheim, ut Heidelbergā mittant aliquem pro informatione	63. 137.
Ad Iulium papam secundum pro canonizatione diui Ben nonis episcopi Misnensis acd petitionē Ducis Georgii.	64. 138.
Ad conuentum monasterii in Spanheim, q̄ usq; ad annale capitulum proximum uideatur deliberandum	65. 142.
Ad Iacobum Vuimpfelingum Selestadiensem.	66. 143.
Ioanni Nutio seniori manacho in Spanheim.	67. 145.
Ad presidentes, diffinitores, & abbates capituli annalis ob seruantie Bursfeldensis, ordinis S. Benedicti	68. 149.
C C N R A	



## C A T A L O G V S

Conrado abbati monasterii sancti Stephani in Herbipoli, eo tempore in Moguntia existenti	69. 153.
Ad Henricum abbatem Burffeldensem	70. 154.
Rogero Sycambro Canonico Dumetensi	71. 156.
Epist. Cōradi abbatis S. Stephani Herb. ad Ioā. Tri.	72. 157.
Responsoria Ioannis Tritemii epistola	73. 158.
Epistola Ioannis Trit. ad Rogerium Sycamburū	74. 159.
Ad Richmodem de Hoerst abbatissam &c.	75. 160.
Epistola Richmodis de Hoerst abbatissæ, & conuētus mo- nialium in Sebach ad Ioannem Tritemium	76. 167.
Rūforia Ioā. Tri. ad Richmodē de Hoerst abb. &c.	77. 169.
Ad Ioannem Francfordianum monachum, confessionis auditorem in Sebach epistola	78. 171.
M. Iacob Tri. fratri dulcis. epist. cōclusiua hui⁹ lib.	79. 172.

### I N S E C V N D O L I B R O S V N T.

<b>A</b> d M. Iacobum Tritemium epistola nūcupatoria	1. 173.
Ad Priorem & conuentū monasterii sancti Martini in Spanheim epistola resignationis eiusdem abbatia	2. 180.
Epistola Ioannis Tritemii ad Ioan. Brachtium Priorē mo- nasterii A postoli Mathia prope Treuirim	3. 193.
Ad Ioannem Godfridi pastorem Ecclesiæ in ualle uiroſū, mulariter Mandal	4. 197.
Ioanni Damio Curtensi præposito monialium in Nouo- castro prope Heidelbergam	5. 207.
Ad Illustrissimum principē Fridericum Ducem Saxoniarū, Principem Electorem epistola	6. 208.
Epistola illustrissimi principis Ioachim Marchionis Bran- denburgensis principis Electoris, &c.	7. 210.
Responsoria epistola Ioannis Tritemii	8. 211.
Ad Helizabetham de Longouico matrem dulcissimam epistola consolatoria Ioannis Tritemii	9. 215.

C A T A L O G V S

- Ad Rogeriũ Sicamb. canonicũ D. Petri in Hegen. 10. 217.  
 Epistola responſoria Rogerii Sycambri canonici. 11. 220.  
 Ad eundem Rogerium canonicum clauſtralem in cœno  
 bio Dumetenſi Ioan. Trit. 12. 223.  
 Ad Ioannem Damium Curtenſium monachum Spanhe  
 menſem, confeſſorem monialium in Noucaſtro 13. 226.  
 Epistola Illuſtris. principis Ioachim Marchionis Branden  
 burgenſis principis Electoris, &c. 14. 228.  
 Ad Nicolaum Baſellium ex Durckheim, monachũ Huf  
 augienſem ſuum quondam diſcipulum 15. 230.  
 Epistola M. Ioannis de Cluſardia paſtoris Eccleſiæ in Trit  
 tenheim ad Ioannem Tritemium 16. 232.  
 Epistola Ioã. Godfridi paſtoris Eccleſiæ in Mandal pro  
 pe Spanheim ad Ioan. Trit. 17. 236.  
 Ad inuidiſſimum ſapientiſſimũq; principem Ioachim  
 Marchionem Brandenburgenſem 18. 241.  
 Reſpoſoria Illuſtris. principis Ioachim Marchiõis. 19. 243.  
 Ad Georgium Antiftitis Priorem conuentus prædicato  
 rum in Colonia Marchiæ Branden. iuxta Spreuum. 20. 245.  
 Ad Ioannem de Segen abbatem monaſterii ſancti Petri in  
 Erfurdia, ordinis ſancti Benediſti 21. 247.  
 Ad Theodoricum Episcopum Lubucenſem in Marchia  
 Brandenburgen. de uita Apollonii Tyanei 22. 249.  
 Epistola Illuſtris. principis Ioachim Marchionis Bran  
 denburgenſis, ad Ioan. Trit. 23. 254.  
 Ad reuerendiſſimum patrem D. Hermannum archiepi  
 scopum Coloniẽſem, &c. Ioan. Trit. 24. 255.  
 Ad Rogerium Sycambrium canonicum in Eccleſia diui  
 Petri Dumetenſis, aliàs Hegen 25. 256.  
 Epistola D. Hermanni archiepiſcopi Coloniẽſis, ad Io  
 annem Tritemium abbatem Herbipolenſem 26. 258.  
 Reſponſoria

## C A T A L O G V S

- Respōsoria Ioan. Trit. ad Hermānū archiep. Colo. 27. 259.  
 Ad Fridericum de Redeuuitz canonicum & cantorem Ec-  
 clesie Bambergensis, præpositum in Oringeu 28. 260.  
 Epistola M. Ioannis de Vuoesbruck, monetarii regis Ca-  
 silie, ac magistri magni Telonei Brugensis 29. 269.  
 Respōsoria Ioan. Tri. ad Ioan. de Vuoesbruck, &c. 30. 271.  
 Epistola Nicolai Gerbelii Phorcensis, uri doctissimi in  
 Academia Coloniensi ad Ioan. Trit. 31. 272.  
 Respōsoria Ioan. Trit. ad priorem epistolam 32. 274.  
 Ad Conradum Celtem Protutum, poëtam laureatum in  
 Gymnasio Viennensi, &c. 33. 276.  
 Epistola Bilibaldi Pirckéheimer Vt. Iuris interpretis Nu-  
 renbergensis patricii & Senatoris 34. 279.  
 Responſoria Ioānis Tritemii ad Bilibaldum Pirckenhei-  
 mer senatorem & patritium Norin. 35. 281.  
 Ad Georgium de Rotenburgio medicinæ doctorem ciuiū  
 Erfurdianorum, &c. 36. 284.  
 Ad Ioannem Godfridi pastorem Ecclesie Mandalensis,  
 uirum integrum Ioannes Tritemius 37. 297.  
 Ad Iacobum Vuimpfelingum Selestadiensem, theologū,  
 oratorem, atq; poëtam insignem 38. 289.  
 Epistola Ioannis Trit. ad Simonem abbatē monasterii La-  
 censis non procul ab Andernaco in diocesi Treuireſi. 39. 290.  
 Ad Rogerium Sycambrum Ecclesie sancti Petri Dume-  
 tensis Canonicum, epistola Tritemii 40. 292.  
 Ad Guilielmum Veldicum quondam priorem canonico-  
 rum S. Augustini in Franckendal conphilosophum 41. 295.  
 Epistola Ioannis Trit. ad Marthæum Herbenum philoso-  
 phum oratoremq; facundis, &c. 42. 298.  
 Ad Ioannem Capellerium uicecomitem in uilla regia phi-  
 losopho & mathematico insigni. 43. 301.

## C A T A L O G V S

Ad Iacobum Kymolanum Theologum & mathematicum ordinis Carmelitarum in conuentu Gandau	44. 304.
Ad Christianum Maffeeu presbyterum ordinis diui Hiero- nymi Gandau commorantem	45. 307
Epistola Ioannis Tritemii ad Ioannem Damium Curten- sium præpositum monialium in Nouocastro	46. 310.
Ad M. Ioannem Virdungi de Hassurdia mathematicum Illustrissimi principis Philippi Palatini	47. 312.
Ad Hermannū archiepi. Colonicū, principē elect.	48. 314.
Ad Iodocū Beiseliū V. iuris doctorē, poetam, &c.	49. 315.
Rogerio Sycab. Dumetēsi sub regula S. Aug. Cano.	50. 318.
Epistola Bartholomæi Lescanii presbyteri & capellani Al- berti Marchionis Brandenbur.	51. 327.
Responsoria Ioan Trit. ad epistolam Lescanii	52. 328.
Epistola fratris Theodorici de Eltz Mosellani, monachi cœnobii Fuldensis quondam Vuissenburgensis	53. 329.
Responsoria epist. Ioan. Trit. ad superiorem	54. 333.
Ad Matthæum Lang Ecclesiarum Gurcensis episcopum & Augustēsis præpositū, regiæ maiestatis secretarium	55. 336.
Ad Eberhardum Senffē, capellanum ecclesiæ sancti Iacobi Bambergensis decanum epistola Ioannis Trit.	56. 337.
Ad Conradū Beutingerum, V. Iuris doctorem, Senatūsq; Augustanæ ciuitatis Secretarium uirum doctis.	57. 338.
Epistola Ioan. Trit. ad Libanium Gallum, philosophum, mathematicum, & theologum doctis.	58. 340.
Ad Illustris. principem D. Ioachim Marchionē Branden- burgensem principem Electorem	59. 342.
Ad Iacobum Tritemium fratrem presbyterum Treuiren- sem epistola conclusiua	60. 343.

F I N I S.

# IOANNIS TRITE

MII ABBATIS SPANHEMEN .

sis Epistolarum Familiarium Liber VI  
mus, ad Iacobum Tritemium dul  
cissimum Fratrem .

IOANNES TRITEMIUS AB

bas monasterii S. Iacobi Apostoli Herbipo-  
lensis, Iacobo Tritemio fratri dul  
cissimo Salutem.



Portune satis admonuisti, sua  
uissime frater, ut epistolas no  
strarum testes calamitatum,  
quas à die nostri de Spanhem  
exit<sup>9</sup> familiariter emisisse nos  
constat, usq; in illū diem, quo  
hanc D. Iacobi Abbatiam sus  
cepimus gubernandam, in u  
num reuocemus uolumen, ti

biq; unde memoriā nostri semper ad manū habeas transmit  
tamus. Quid te ut ista peteres à nobis impulerit, rationabili  
ter addisti: q; impossibile nemo dicturus est, senescentem pro  
perare in occasum: mundum prior exiturus, qui prior intra  
uit. Cū ergo nobis fraternitatis necessitudine sis cōiunctus, ni  
hil tibi possumus denegare, cum id maxime petas, quod ra  
tione minime caret honestatis. Accipe nuncigitur testem in  
te nostri amoris, ultimum hunc Spanhemensium nostrarum  
librum epistolarū, quo causam habeas penes te nostri sedulo

b

EPISTOLAE FAMILIARES 2

memorandi, & tuæ, si quid nostra ualent, consolationis. Te gaudemus habere superstitem, nostrorumq; studiorum hære dem, ut quibus dissolui corpore quidem necessarium, tecum uiuere post fatâ saltē memoria cōtingat. Quamuis exiguae ad modū aestimatiōis apud nos sit, memoriā posteritati cōmen dare, cuius neq; laudis neq; uituperii ratio pertingere pōt ad mortuum. Vnum hoc fatum ingressi petimus abs te, ut quoties Deo ministras in altari, supplex nostri memoriā interponas. Iuuabit mentem à confuimatione purgationis dilatatam non dubitamus, si tu purificatus hostiam pro ea salutarem obruleris. Vale nostri memor ad Deum. Ex monasterio nostro D. Jacobi maioris in suburbio Herbipolensi, quarta die mensis Nouembris. Anno Christianorum M. D. VI

IOAN. TRITE. ABBAS SPANHE-  
mensis, suis charissimis in Christo filiis Priori &  
Conuentui in Spanhem salutem & synce-  
ram in Domino charitatem.



Ona die mensis Aprilis uenit ad nos Budōrim frater Theodericus monachus, nuncium perferens non satis iucundū, cuius facti haud medio-  
criter fuimus turbati, propterea uel maxime, q̄ nullus uestrū se temeritati satellitum malignorum opposuit, nullus cōtra dixit. Quis mihi succenseat, fratres mei, si quos uestrum tantæ patratæ in nos temeritatis & cōscios & consentaneos esse suspicimur? Ad suspicionis conspirat argumentum, q̄ non solum nullus uestrum uices interposuit, sed ne factum quidem nimis temerarium denunciare nobis quisquam uestrum cogitauit. Scimus etiā quosdam è uobis interfuisse præludio, q̄ primum temeritatis ministri cōfractis foribus in domesticos  
irruerunt

irruerunt, iussosq; abire nostrorū risisse contumeliam. O per-  
 niciosa imperitorum semper ignauia: quantam tenui ex ortu  
 calamitatem desolationemq; Reip. neglectu inducere cōsue-  
 uisti. Et reuera, fratres, grauius in hoc læsi, uehementer time-  
 mus hanc præsumptionem, non minus uobis & monasterio  
 pauperi, quàm nobis breui nocituram. Causas enim latentes  
 in me odii Cynonotān certe non ignoro: nec potero illius  
 amare imperium, qui mihi sine causa contra iusticiam aduer-  
 satur. Quamquam nec dum mihi satis constare possit, cuius  
 mandato urgente talia in nostros fuerint attentata. Non enī  
 facile possum induci ut credam Principem Ultraflyluanum  
 talia in nos fulminasse decreta. Qui etsi forsitan battologo-  
 rum aduersum nos fidem adhibuit iniquis delationibus, nun-  
 quid propterea nostrum philosophandi sanctum propositū  
 deseremus? aut propter unius odium hominis sacrarum inter-  
 mittemus studia literarum? Qui nascitur ad auariciam, diui-  
 tias anxius cogitet: nos ad literas nati sumus, sacra librorum  
 oblectamenta sequemur. Nobis in hac mortalitate constitu-  
 tis nihil aliud est uiuere, quā ueræ sapientiæ studio insudare.  
 Propterea si alterum oporteat, Abbatia potius, quàm litera-  
 rum studio ualedicemus. Interea, fratres charissimi, ne prop-  
 ter absentiam nostri status monasterii grauius perturbetur, u-  
 nusquisq; uestrum ordinem suum & officium diligenter intue-  
 atur commissum, quousq; deliberemus melius, quid nobis in  
 hac turbatione utiliter sit agendum. Abbatii speciosi montis,  
 non satis pulchre Saturni motū sequenti, gratias agimus, nō  
 habemus. Ipse enim principalis omnium in nos malorum est  
 causa, ministros sceleris in nostros prouocans, à quibus nec  
 læsus est unquam, nec etiam lædi potuisset. Quid ad innoxio-  
 sos familiares nostros, q; minas ipse timuit exterorum? quasi

EPISTOLAE FAMILIARES 4

desint nobis auxilia principum, quos non minus lingua pro-  
cax, & intemperata senis proteruia offendit. Moramur autē  
ferenissimum principem Philippum, iam quidem absentem,  
& necessario expectamus, in cuius arbitrio conferemus omne  
quod nobis molestum occurrit. Non enim agemus quicquā  
in hac turbatione nostra sine mitissimi principis consilio, cu-  
ius fauor & clemētia *μισάνθρωπων* in nos odium prouocauit.  
Valere ex Budori oppido principis Palatini, decima die mē-  
sis Aprilis. Anno Christianorum M. D. V.

IOANNES TRITE. ABBAS SPAN

hem. Iacobo Tritemio, artium & philosophiæ  
doctori, dulcifs. fratri. S.



QVæ in nos temeritas æmulorum præsumpsit, rela-  
tione fratris Theoderici cognouimus. Tu uideas cu-  
ra, ut libros nostros & res tibi commissas, *τῶν κρυφί-  
ων μάλιστα*, custodias, *καὶ τῶν μυστικῶν τῆς πατρίας ἡμετέρας*.  
Non enim cogitamus redire ad Spanheim, nisi hanc contu-  
meliam nobis & nostris illatam sine demerito, ad noticiam  
deduxerimus plurimorum. Clauēs rerum nostrarum, *τῶν μυσ-  
τικῶν μάλιστα*, quas fidei tuæ in exitu nostro, cum nihil suspica-  
remur aduersi, commisimus, nulli sine nostra tradas commis-  
sione. Tenemur enim suspicione uehementi quorundā in nos  
fratrum cōspirationis, Prioris maxime & alterius, cui semper  
fuit infensus. Tu autem, frater dulcifs. nihil moueare his ma-  
lis, si tamen mala dicenda sunt, per quæ nobis iter in Deum  
paratur: experimento cognoscent se ludum inchoasse nō pu-  
erilem, cū ipsi tandem in laqueum ceciderint quem nobis pa-  
rauerunt. Frater Theodericus, qui nostras ad te perfert liti-  
as, quædā a nobis accepit in mandatis, cui & fidē credulita-  
tis adhi-



tis adhibeas, & auxiliū impendas. Eum namq; inter nostros alienigenam nobis inuenimus fidelem, qui & uicem nostram doleat, & quicquid iusserimus libes exequatur. Vale. Ex Buri decima die mensis Aprilis. Anno Christianoꝝ M. D. V.

## AD PRIOREM SVVM IN SPAN

heim fratrem Nicolaum

Remitium. &amp;c.



Etus in me prouerbium diuina permittente pro uidentia impletum est; nulla calamitas sola. Pōestas aduersario data est in nos sꝑiendi, nec pepercit, exemplo nos innocentis primum spolians, rebus amicis, & filiis quos parturiiuimus in Domino, ac deinde corpus nunc uariis dilacerans plagis, mentem solam, nobis Dei miseracione afsistente, nullatenus penetrabit. Iacemus hic febribus grauius afflicti, turgentibusq; ulceribus pleni, à nostris desolati, & quod est grauius, in opprobrium & fabulam aduersariis literarum sine causa expositi. Nemo nos ex charis nostris omnibus consolatur, nemo ueterū amicorum nostro longe absentium nos uisitat, nemo dolentibus nobis cōpatitur. Sed tu Domine Deus miserator & misericors resuscita me, & retribuam eis, non malum pro malo, hoc enim per uerbum tuum nobis interdictum est, sed in bono te iuuante uincam malum, ut faciam quod discipulis suis uerbum tuum inimicis persequentibus faciendum quā rectissime in dicit. Erit enim mihi te miserante, hæc incommodorum tempora lium obiectio ad salutem, si foris patiente contumelias & infirmitates corpusculo, mens circa interiorum studia immobilis perseueret. Ad labores natum me scio, & per multas tribulationes ad eum sum rediturus, à quo per inobedientiam

recessi. Ego coram Deo forsitan quod merui patior, illi autē qui me persequuntur innoxium, uiderint quo zelo moueant. Aliud est quod aſtimatione nostri ore proferunt, atq; aliud quod mente cognouerunt. Sed de his alio tempore ratio est habenda, cum odiorū in nos causas non unam sed plures aperimus iniustas. Interea nobis patienter ferendum quod necessitas indicit, donec sol, quem caligo aliquantulū intercepit, rursus emittat super nos radios suos, cunctas mœroris tenebras exterminans. Mitte ad nos cū latore præsentium è græca bibliotheca nostra subiecta uolumina, ut habeamus ad manum in lecto ægritudinis nostræ, quibus fructuose occupemur per interualla scripturarum studiis. Dictionarium in primis græcum ab Aldo impressum Romano mittas uelim. Ac deinde psalterium ab eodē formis excusum Venetijs. Item epistolas græcas manu nostra descriptas. Zenobium quoq; & ea quæ nos de Homero latina fecimus poemata. Astrolabiū nostrum minus æreum cū reliquis in breuiculo consignatis, ut mittas similiter præcipimus. Vale nostri memor ad deū. E spira ultima die mēsis A pril. Anno Christianorū M. D. V.

IO. TRITE. AB. SPANH. MAGI-  
stro Iacobo Tritemio fratri. S.

**C**ontuli me pridem inciuitatem Spirensē, non uoluptatis causa, sed necessitatis, ne quem Budoris infirmitate mea grauare, malens esse cum notis & amicis, & illis maxime, quibus olim beneficia contuli, quam cum extraneis in Nouocastro, ubi diebus quatuordecim mansi ægrotans. Sum autē domo Abbatis Lympurgensis hospicio receptus, & nec dum satis conualui de cunctis infirmitatibus meis. Nolumus te in Spanheim manere diutius, ne quid

ne quid in te mali forsitan machinent æmuli nostri; quos ab sentiam nostram grauius ferre intelleximus. Verentur enim, ut coniectura assequimur, ne forte praua eorū cōsilia per nos in noticiam piissimorum principum deducantur, quod certe non sine causa metuunt: quippe qui conscientia sua sibi cōtestante intelligunt, quā præsumptuosē nobis contumeliā propter principis erga nos clementiam intulerunt. Quid autē dicent ad hoc, q̄ in nullo à nobis læsi unquam, nos propterea persequuntur odio, quia serenissimo benefauimus principi Budarorum, qui nobis pius semper & clementissimus extitit? O inuidia semper cæca, nemini plus noxia quā sibi: quē te persequi arbitraris? Dñi est omnis terra & plenitudo eius, pro cuius amore totus mundus mihi patria est, & facilis uni⁹ iactura cœnobii. Sed hæc tecum frater silentio tegenda, quia nondum uenit tempus, quo arcanum mentis meæ consiliū in publicum exponatur. Numen sequor occultum. Acceptis tecum libris ac uestimentis, quamprimum ad nos Neamtricum uenire cum fratre Theoderico festina: parauimus tibi locum inter familiares Abbatis Lympurgensis non ultimum, à quo in secretariū assumeris, quousq; nobis lux interclusa resplendeat. Libris & rebus nostris, τῶν παλαιῶν κρυφίων, ἢ ἄλλα τὰ πάντα τέχνησ' ἱερῶν, iuxta ordinem & modū nostræ uoluntatis, quem iste frater tibi dicturus est, rite depositis, clauēs domus nostræ Abbatialis oēs ad manus Prioris consigna. Affer tecum libellos deuotionis nostræ græcos, quibus diutius carere non possumus. Cætera uero omnia philosophiæ sacrationis necessaria in locum reconde dispositū, donec finem consequantur epiclemata nostra. Vale frater unice atq; dulcissime. E Spira ultima die Mensis Aprilis. Anno Christianorum. M. D. V.

EPISTOLAE FAMILIARES 8

IO. TRITE. ABBAS SPAN.

Rogério Sycambro amicorum  
constantissimo Salutem.



Egimus indicem lucubrationum tuarum, quem nobis per Laurentiū tabellarium nostrum pridē quā ad te scriberemus misisti, & satis admirari earum multitudinem nequimus. Planē admiratione dignū est, unum te hominem in obseruantia regularis disciplinae die noctūq; semper occupatissimū, sex & triginta supra centum in decennio, metro simul & prosa non uulgaria absoluisse opuscula, quorum uel sola nomina mirum nos in modum oblectarūt. Da quāsumus operam dulcissime Rogeri, ut quamprimum lectione tot operum tuorum nobis liceat recreari. Non enim tuam latet prudentiam scio quantis nos æmuli concusserint iniuriis, qualibusq; premamur aduersis: contra quorum insultus omnium, una nobis consolatio, relicta est, unus manet impenetrabilis clypeus, mentis in Deum nostræ confidentia, & sacrae studium lectionis. Hos enī fidos nostræ peregrinationis comites, nulla unquam poterit à nobis remouere impietas, nulla, quo minus iter ubiq; comitentur nostrū, poterit obstare aduersitas. Sauiat quantum uelit in nos comastes ille tyrannus, furia tentet latreum nihil auferet quod uera nobis philosophia contulit, quā charitas dei per fidem in nobis Iesu Christi confirmauit. Quæ mihi conoporum syluestrium cura, qui mente stabilem demouere proposito nequeunt? Omnis terra mihi patria est, & unus undiq; ad superos conscensus. Parum interest ubi uiuam, dū uiuo mortalis. Malo uiuere in exilio mēte sanus rebusq; pauperimus, quam adulari comastis, quos absq; culpa minime quisquā laudauerit. Quales sint aduersarii nostri, quibusq; de diti ludis, uersiculo notabis subiecto.

IOANNIS TRITEMII

Οἶνος καὶ τὰ Λόερα, καὶ ἡ ἀδελφὴ καὶ πρῖν ἐρωτῆ  
Οἶνον τέρην / ἀέμπερ τὴν ὁδὸν ἐἶς αἰδῶν

Ad huius sententiae normam turba cum principe uiuit co-  
rum qui me persecuti sunt, quibus suo tēpore ad perpetuam  
eorum confusionem antipodosin scribere curabimus. Vale  
nostri memor ad Deum. E Spira VI. die mensis Maii. Anno  
Christianorum M. D. V.

IOACHIM DEI GRATIA MAR-  
chio Brandenburgensis, Princeps elector,  
Ioanni Tritemio Abbati Spanhe-  
mensi praeceptori Salutem.



Euerende pater praeceptorum celebratissime, su-  
mus de proximo iter arrepturi ad sacram Roma-  
norum Regis maiestatem, affectantes in eodem iti-  
nere coram cum P. T. pro ut iamdudum desyde-  
rio nobis fuisse nosti, & conuenire & interloqui, & de multis  
quae nostro insunt animo conferre tecum. Idcirco P. T. obte-  
stamur rogamusq̄, ut posthabitis quibuslibet aliis occupatio-  
nibus suis, sese in oppidū Bun cis Renum in persona propria  
constituat, ad primū diem mensis Iulii proxime futuri, quo  
& nos ipso eodem termino diuina clementia fauente cōstitue-  
mur. Faciet in ea re nobis P. T. singularem complacentiam  
erga eandem fauorose & omni gratia remerendam. Valeat  
P. T. per æuum. Data è colonia nostra iuxta Spreuū, unde  
cimo die mensis Iunii. Anno Domini millesimo D. quinto.

AD SERENISSIMUM PRINCIPEM  
Ioachim, Marchionē Brandenburgensem, electo-  
rē Imperii Romani, Ioannis Tritemii Abba-  
tis Spanhemens. ep̄la responsoria.



Eniam ad tuam celsitudinē Serenissime princeps  
 in die & loco mihi constitutis à te q̄ libentissime,  
 tameti propter uarias corporis mei aegritudines  
 uix pedem mouere quoquam posse uidear. Nihil enim gra-  
 tius mihi, nihil dulcius hoc tempore contingere potuisset,  
 quàm sapientissimum eruditissimumq; adire te principem,  
 tecū uersari, loqui atq; differere, non quidem de paruis rebus  
 ac minimis neq; uulgaribus, sed de arduis & maximis, & tuo  
 ingenio fœcundissimo dignis, quæ triplicem nostram non  
 abhorreant philosophiam. Quoties enim cunq; ne strarum  
 inter nos disputationum, quas ante bienniū Francfordiæ in  
 multam consueuimus deducere nostē, in mentē recordatio  
 uenerit, toties me tuis interesse sermionibus puto, & magni ali-  
 qd audire abs te, quo mēs mea pampius ī amorē cœlestis phi-  
 losophiæ nostræ accendat. Vñ mox ut relecta serenitatis tuæ  
 epla, ad Reni partes te intellexi uenturū, oīs à me corporis  
 molestia recessit, & ppter mētis tripudiū imbecillia corpuscu-  
 li mēbra diu amissam uirtutē recuperant, & uenire ad maiesta-  
 tē tuā oīa offa mea quātotius festināt. Interea serenissime prin-  
 cept Tritemiū tuū, ut soles, benigno fauore psequere, quū qui  
 semetipsum tibi spontanea uoluntate in seruum tradidit, ni-  
 hil eorū q̄ potest, nouit, habet & intelligit imperio tuo nō sub-  
 misit. Iure igit Tritemio tuo fauorabilē te patronū deinceps  
 exhibere debebis, à quo ipsum recepisti totū qd̄ erat suum, im-  
 mo qd̄ erat sibi. Scio q̄ me supra meritū dignaris, ob qd̄  
 excellentiæ serenitatis tuæ pene oblitus amatorium furorem  
 cohibere uix potui. Sed parce mihi clarissime princeps, quo-  
 niam audentior fui quàm meam decuit paruitatem. Tuam  
 bene ualere celsitudinem opto. Ex Neometi uicesima die  
 mensis Iunii Anno Christianorum M. D. V.

IOANNIS TRITEMII

IOANNES TRITE. ABBAS SPAN.

dilecto fratri Nicolao Priori suo claustrali. S.

& synceram in Dño charitatem.



Ebus nostris prauoꝝ maluolētia pturbatis, anim<sup>9</sup>  
ad aliena rapiſ, & ubi tandē cōſiſtat merito ſpecula  
tur. Nō parcūt innocētiæ temeritatis autores, & q  
nos lædere nequeūt, linguā in noſtros mēdace atq  
male dicā, ſicut audiuiſus, extendūt. Nos autē eoꝝ parui pen  
dentes maledicta, deiq; miſericordiā collaudātes bñdicimus,  
de cui<sup>9</sup> pteſtione in tpe oportuno certi ſumus. Quid em̄ hoīm  
ſtultitias cōtinuo furore maris inſtar ſeuiētes curaremus, qb<sup>9</sup>  
de fatuitate totū, de ſapientia uero nihil conſtat. Scimus em̄  
per multas tribulatiōes regnū patere cœloꝝ: nec pati q̄ caſus  
offert abnuimus, Chriſti paſſionē præ oculis iugiter habētes.  
Nunquā triſtia nobis defuerūt, ex eo die quo ad Abbatia fui  
mus electi, ſed mentē diuinæ ſcripturarū fulcimētis inſtructā  
eō locoauimus, quō, dei miſeratiōe pſeruante, neq; pſperis neq;  
aduerſis à ſua trāquillitatis ſtatu poterit euerſi. Neq; em̄ igno  
ramus, q̄ ſit hoīb; pernicioſa res intēperata triſticia, ſi mēti  
bus inhæſerit ſemel: quanq̄ ſine triſticia uitam agere nō ſit fa  
cile. Sola me innocētia conſolat, patientē iniurias, uidebūtq;  
Cynonoti quā ſim Chriſtianus philoſophus. Nec ſatis mihi  
facit eorū cauillatio, qua dicūt, nō mei factū odio qd̄ temere  
pſumpſerūt, cū noīs noſtri nō mediocriter cōcernat rariōnē.  
Sed aliud hæc tpa poſcunt. Erit ad caput Iulii menſis princi  
pum conuentus in Colonia, quo & nos uocati ſum<sup>9</sup> per ſere  
niſſimum principem Electorem Ioachim Brandenburgēſi  
um Marchionem. Vnde ne propter diuturnā noſtri abſentia  
ſtatus rerum monaſterii collabatur, tuæ charitati uices no  
ſtras interea committimus, citra tamen præiudiciū noſtra

dignitatis, quousq; uel ad cœnobium reuertendum duxerimus, uel hanc ipsam reuocare commissiōem. Nihil egeris magni & insoliti, nihil mobilium uel immobilium uendas, nihil alienaueris aut locaueris, nec dederis in pignus, solum ea facias quæ Priori & cellerario conueniunt. Sic agito ut monachum decet Abbati subiectum. Vale sanus. Ex Neometi 24. die mensis Iunii. Anno Christianorum . M. D. V.

IO. TRITE. ABBAS PAN.

Optimo fratri Ioanni Nutio salutem, & ueram in Domino charitatem.



A quæ mihi de Priore meo Nicolao suisq; complicitibus testimonia perfidiæ & infidelitatis significasti, charissime frater, antea non penitus ignorauimus. A pluribus enim sciebam annis, cum tu adhuc monachum in Bibelis præpositum ageres, quod Prior, homo alioquin satis promptulus inconsiderate loquendi, quæ non intelligat quorsum dista uergant, cuius totus spiritus in naribus eius semper est: simul & frater Heilmannus, pluribus annis cellerarius meus & procurator uniuersalis, scitus quidem & astutus, sed odio in nos agitatus nimium, unâ cum paucis è numero fratrum doctorum, partibus fauentes translyuanis, iniquis contra nos & principem nostrum machinationibus laborarunt. Non egemus alieno testimonio, qui Prioris uerba uiuaci memoria tenere cogitamus. Qui cum nuper hic nobiscum esset, inter cætera ministeriales Ducis talia de nobis uerba dixisse confessus est. Si Abbas uester Ducis nostri partibus adhaesisset, quemadmodum fauisse cõuincitur Palatinis, non incidisset mala hæc omnia. Scio quod uerum est eorum in hac parte testimoniũ. Quis uero Ducis animum concitauit in nos, nisi Prior ipse, qui nobis ista



bis ista retulit, prædictusq; frater Heilmannus, & Claudius ille donatus, qui Palatinas partes semper calūniantes, nobis transylvanos sine causa reddiderunt inſensos. Deus omnipotens, qui nouit omnia priusquā fiant, scit quia non mentior. Quoties cunq; ex ministris ducalibus quispiam intrauit monasterium, memoratis delatoribus notus, memoria nostri, quasi nimium faueremus Palatinis rebus, in medio fuit. Hæc una & prima Cynonotorū æmulationis in nos causa fuit, quā etſi ante ferme decennium fratrum nobis charitas notam fecerit, tute satis tamē auferre nequiuimus. Ad damus & alteram, feudum castelli Spanhemensis, quam tu quoq; non ignoras cōcernentem. Tertia est hominis in nos odii causa, indefessa circa bonas literas studiorum nostrorum continuatio, cui (ut suis loquamur uerbis) uidere libros horror est maximus. Hanc boves illi duo monticulæ Idalimus & Cnopephorus, omnium scripturatum bonarū ignari, hostes, aduersarii & contemptores, nō parum auxerant, quippe qui nostris studiis optimis, ad quæ sumus nati, semper pro uiribus detraxerunt. Quartā æmulis causam aduersum nos, bellum atrocissimum dedit, quod contra mitissimum principem nostrum Philippum comitem Palatinū, anno priore multorum conspiratio gessit. Quæ illo durante in nos fuerint præsumpta ab æmulis, cum tu semper toto illius tempore in oppido uicino monasterio Creutzennach mecū fueris cōuersatus duabus & uiginti hebdomadibus, non ignoras. Quid si & quintam præscripis addiderimus odiorum in nos causam, quam Prioris nostri uerba confirmant: tametsi certo sciamus certius esse confictā. Retulit enim nobis pridem à Cynonotis ad nos Neometim reuerſus, ducalem archigrammateum quibus nescio uerbis pro uocatum à nobis, ut rebus nostris faueat male, eumq; ob id

EPISTOLAE FAMILIARES 14

omnia in nos principis nomine imperioq; seducti excogital  
 se, ac satellitibus praefecti latrocinandi comendasse officium.  
 Nihil in eum perperam dixisse nos unquam meminimus, nec hoc  
 ipsum quidem, cuius nos accusare uideatur, quod homo sit indo-  
 ctus & uersipellis, suis commoditatibus nimium inhians, urpo-  
 te qui ad principem uenit scholaris inops atque pauperrimus,  
 annisq; paucis euasit seruiendo ditissimus. Si haec aliquando  
 uerba dixissem, uerba utique dixissem suis moribus congrua, &  
 propterea uera, neque aduersus principem suum, sed in eum qui  
 talia fecisset prolata. Mores mihi ducis admodum fatis consta-  
 re uidentur: mitis est, humanus cito, nimium credulus. Nec eius  
 gratiam posse nos recuperare delationibus falsis amissam ar-  
 bitramur difficile, nisi causa nos prohiberet occulta ne debea-  
 mus. Credulus nimium suis iniuste nos persecutus est. Veni-  
 am ergo non postulabimus ab eo, quem laesimus nunquam.  
 Experiemur fortunam etiam grauiora minantem, illum con-  
 stituentes nobis protectorem, cuius nutu subsistunt uniuersa.  
 Puderet nos merito, si tot sudores literarum studio atque labores  
 per continuos annos triginta & ante & post religionis introitum  
 monasticae gratis impendisse uideremur, ut animo non posse-  
 mus imperare nostro, triplicis praesentis fortis. circumsepto praesentis  
 fidiis: & odia contemnere imperitorum, & quaeque nobis ad-  
 uersantia pro regni caelestis desiderio cum mansuetudine &  
 patientia tolerare. Quantumlibet enim sint grauiora, quae no-  
 bis improbae fortunae parauit inuidia, propterea uel maxime  
 contemnenda sunt, quoniam obnoxia fini perseverare diutius non  
 possunt. Sanctorum Christi martyrum uictoria, quam sint  
 aduersa huius mundi ridenda uiro sapienti, clarissimo nos in-  
 stituit exemplo. Breuissimo durante tempore pro redempto-  
 ris sui

*In afflictioni-  
 bus debemus  
 respicere in  
 Christum et  
 sanctos eius.*

ris sui amore patienter sustinere tormenta: pro quibus angelorum sine termino æterna iam fruuntur læticia. A bsterfit ab oculis eorum omnem lachrymam Christus, pro cuius testimonio in hac uita susceperunt contraria: & iam non erit inter eos clamor amplius, neq; timor, neq; luctus, neq; dolor, quoniam hæc omnia sicut fumus in hoc sæculo transierunt: illi autem sunt in pace, & uiuunt nomina eorum in sæcula sempiterna. Sustineamus & nos, amantissime frater, pro Christo amore cum patientia in remissionem peccatorum nostrorum, ea quæ nobis aduersa proueniunt, scientes fidelem dixisse *Apocal. 7.* Theophilum: quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. Ad tendamus caput nostrum, conditorem nostrum, præceptorem & Dominum nostrum IESVM CHRISTVM Deum & hominẽ, quanta mansuetudine, longanimitate & patientia pro nobis tolerauit aduersa huius uitæ, famæ innocētis dispendium, irrisiones, contemptum, famem, sitim, frigus & æstum, immensosque pro salute nostra labores: ac postremo infinitis plenam amaritudinibus passionem, horrendos cruciatus, & mortem in patibulo crucis latere transfixo cuspidem nimis acerbam. Itaq; si principem nostrum Dominumq; & magistrum oportuit primum talia pati, & sic intrare in gloriam suam, quomodo nos Christiani, nos monachi, nos denique iniqui, & ipsa necessitate naturæ mortales atque corruptibiles, gloriam nobis pollicebimur, ut ita dixerim, alienam, sine labore, sine aduersitatum & multiformi tolerantia passionum. Ad principis nostri gloriam nemo pertinet, qui non FIDE ET OPERE in eius charitate usque ad mortem Christiane uiuendo, perseverauerit. *Act. 14.*

2. Tim. 3.

Ioh. 15.

Pro Christo  
qui patitur.

Rom. 5.

Quid autē in Christo sit pie uiuendo perseuerare, sanctus non tacuit Christophilus dicens: Omnes qui in Christo uolunt pie uiuere, persecutionem patientur. Non potest sine aduersitate uiuere Christianus, ipso ad nos dicente magistro: Si me persecuti sunt & uos persequentur. Non est seruus maior dño suo, neq; super magistrũ discipulus, neq; Christo melior Christianus. Si membra sumus Christi, caput nostrum in aduersitate sequamus, ut in eius consortio numerari mereamur regnantes, in cuius imitatione nunc patientes contristamur. Sufficit enim discipulo Christi, ut sit in passionibus & aduersitatibus præceptoris exemplo quotidie, septusq; munimine dominum regio suam mente sollicitus imitetur. Nunquam desunt in hac uita Christiano certamina passionum, quanquã non omnes qui dicũtur Christiani, his per patientiam ad meritum utantur. Non omnis enim qui patitur in hoc mundo, passionibus Christi in ueritate cõmunicat, sed is tantũ Christi fit testimonio gloriosus, qui aut pro Christi & iusticiæ amore patitur, aut pro suis peccatis innocens omni se dignum ad ueritate, ut Christum lucrifaciat, arbitratur. Dixit enim in

33 sanctis martyr Christi magnus Cyprianus: Pœna martyrem  
33 non facit sed causa. Si, quando patimur, Christus est in causa, non tristemur, sed retineamus in nobis metipsis dolerem nostram ac fortiter feramus, quoniam ipse Christus, pro cuius amore patienter sufferimus, festinum nobis de cœlo mittet auxilium. Scis enim quid sanctus dixerit Christophilus: Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uero spem. Et ne spem putaremus inanem, subiunxit: Spes autem non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Nonne & quidam sapiens necessariam hominibus iustis tri-

ffis tribulationem consyderans dixit Vasa figuli probat for-  
 nax, & homines iustos tentatio tribulationis. Patienter feren-  
 da sunt quæcunq; nobis occurrūt aduersa : quoniam etsi mul-  
 tæ sint tribulationes iustorū, de omnibus tamen à Domino  
 post breuissimā horā momentaneāq; liberant. Stultū est time  
 re quod euitare nō possis, & ppter aduersitatē corporis mor-  
 bum incidere mentis. Menandri uersiculorum autoritas nos  
 cōfundat, si pulsati aduersis fuerimus muliebres : Dicit enim

Φέρειν ἀνάγκη ἐνήτων ὄντα τὴν τύχην. Et 22

Φρονοῦντος ἔστι ζήμιαν ἔαδον Φέρειν. 22

Στεφῆνας Φέρειν χεῖρ συμφορᾶν ἐν θυγυνῷ. 22

Νικά λογισμῶ τὴν παροῦσαν συμφορᾶν. 22

Ἀνδρὸς τὰ πρῶτα ἰππὸντα γενναίως Φέρειν. 22

Nobis igitur mi frater, qui & monachi sumus & Christia-  
 ni, contra omnia quæ possunt imminere aduersa, semper fir-  
 mandus est animus, & in Christi amore solidandus, ut nullus  
 præsentis uitæ casus unquam nobis possit occurrere, contra  
 cuius impetum mens non satis antea fuerit præmunita. Hoc  
 autem quàm facillime quidem poterimus, si omnia cogitata  
 nostra & opera, ipsa quoq; cordis nostri desyderia per inter-  
 ni feruorem amoris ad Christi memoriam iugiter referamus.  
 Magna sunt quæ nobis à principe nostro promittunt in cœ-  
 lis, quorum iugis memoria si mentibus nostris fideliter inhæ-  
 serit, nulla profecto huius mundi formidabimus aduersa. O  
 frater amantissime, si futuræ felicitatis munera, quæ hic tribu-  
 latis pro Christo referuntur in cœlis, mente sagaci reuolue-  
 res, præsentis uitæ aduersitas gaudium tibi afferreret, & tristitiā  
 ingentem mundana prosperitas. Maxima sunt sempiternæ  
 amœnitatis gaudia, penitusq; incōprehensibilia mortalibus,  
 quia sicuti scriptura pollicetur diuina: oculus non uidit, nec *1. Corinth. 2.*

auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, æstimatio boni, quod omnipotens Deus præparauit amatoribus suis. Hac factus pius mente cogitans dilectissime fili, & tuam leuius feres ægritudinem, & nostram calamitatem non plorabis. Quamquam dubitemus minime grauius te ferre nostram iniuriã, quã omnem corporis tui quam pateris infirmitatem. Ex nostro enim tuum metientes animum, nobis crede, plus tibi compati mur, quã ipsi patiamur. Multis te subactum tribulationibus ab ætate tenera cognouimus, & ob id tibi iam senio & in ualitudine grauato amplius condolemus. Sed patienter sufferas quicquid aduersi tibi acciderit: tempus malorum peregrinationis nostræ breuissimum est, merces autem in tribulatione pro Christo laborantium æterna. Speramus in breui tibi fructum tuam nostra præsentia temperandam: quod si inuidia Satanae præsentiam corporalem intercluserit, præsentibus hic amoris spiritu, in futura cœlestis patriæ uita, largiente saluatore omnium perpetuo lætabimur cõspectu. Post die descendimus ad Coloniam Agrippinam, uocati per literas clarissimi principis Ioachim Marchionis Brandenburgensium, quæ nosti, & cuius uidisti collata in nos beneficia, unum inter eos principes qui Romanum habent deligere Regem. Unde reditus nostri diem ignorantes Nicolaum Priorem nostrum sub quadam limitatione cõstituimus uicarium generalem, ut circa rei nostræ statum utriusquæ curã interea gerat sollicitam, ne quid nobis absentibus in monasterii negociis perperam agatur. Quocirca & tuam charitatem, de qua plurimũ confidimus, paterne duximus commonendam, ut oculos super eum perspicaces adhibeas, eiq; in omnibus quæ tractanda occurrerint, quantum tua imbecillitas permiserit, assistas, ne quid mali propter eius inexpertam leuitatẽ, qua se omnia posse

posse confidit, pauperis Cœnobii conditio pariat. Vale-  
antissime frater, & Deum ora ut eius uoluntas in nobis fan-  
tissima compleat. Ex Neometi 24. Iunii mensis die. Anno  
Christianorum millesimo quingentesimo quinto.

AD DOMINAM RICHMODEM DE  
Horst, monasterii Sebacensis A bbatissam  
uirginem Deo dicatam &c.



Ropositū nobis in animo fuerat, amabilis in Chrī-  
sto filia, unā cū Iacobo casæ Dei uiciniorē iam no-  
bis Abbate, tuum adire cœnobium, & uisitationis  
officium adimplere nobis commissum. Hæc autem nobis a-  
nimo cogitantibus, nuncius ecce uenit excellentissimi princi-  
pis Ioachim Brandenburgensiu Marchionis, qui suis me lite-  
ris ad primum Iulii mensis diem Bunnam euocauit. Cum er-  
go breuitas tēporis me aliorsum non sinat declinare, sitq; tan-  
to morem gerere principi non solū honestū sed & necessariū,  
propositum quod pro uisitationis actu cōcepimus, cogimur  
immutare. Postridie itaq; nauigio descenduri, quamuis existi-  
memus non oportere tuam in Dño charitatē multum nobis  
uenerabilē literis docere nostris, quēadmodū cōmissis tibi u-  
tiliter & fructuose debeas præesse uirginibus, quæ ab infantia  
Coloniæ apud S. Machabæos in monasterio q̄ optime re-  
formato, ad puritatem regulæ diui patris nostri Benedicti, &  
sacras ad plenū didicisti literas, & sanctis moribus obseruan-  
tiā perfecte cōsecuta es regularē: monere tñ & exhortari man-  
suetudinem tuam, ut magis in uoluntate bona quod didicisti  
rectū, opere perficias & sermone, paterna sollicitudo nos in-  
ducit. Nemo enim tam doctus, tam sanctus, tam Deo in-  
ter claustrales inuenitur deuotus, qui eō ipso quo cupit esse

bonus non fiat melior, quoties uoluntati propriae charitatis  
 sanctae aliena exhortatio adhibetur. De tua uero dilectione  
 dubitare non possumus, quin uerba exhortationis nostra &  
 libenter accipias, & pro uiribus omni tempore custodias. Hor  
 tamur itaque tuam in Domino Iesu Christo deuotionem, ita  
 semper uiue, ut causam non habeas timendi mortem. Solus  
 enim Dei perfectus amor timendi mortem non habet causam,  
 utpote qui se post dissolutionem carceris uitae praesentis, in  
 eo perpetue mansurum non dubitat, quem positus in carne  
 totis uiribus amat. Seruus autem desidiosus & piger, sciens uo  
 luntatem domini sui & non faciens, ad eius conspectum ueni  
 re metuit, cuius mandata se contempsisse recognoscit. Is ue  
 ro qui dominum suum toto semper corde amauit, eiusque uo  
 luntatem in omnibus exequi studuit, apparere coram eo non  
 solum non metuit, sed uenire ad eius conspectum a quo se no  
 uit remunerandum potius concupiscit. Huius rei similitudi  
 nem ipse Dominus noster Iesus Christus in sacro nobis Euan  
 gelio clare proposuit, quando fideles usurarios de apportato  
 lucro commendauit. Tu quoque amantissima in Christo filia,  
 Domini & saluatoris nostri pecuniam affectata, donum ab ip  
 so intelligentiae accepisti, quo magnum sacri amoris luctum  
 debeas reportare, cura precamur quam diligentissime, ne hec  
 munus dei preciosum in terram carnalium abscondas passio  
 num, neue carni plus quam oportet indulgeas, ne sacris pra  
 lata uirginibus otio torpescas. Memento quam sint breuior  
 is preciosa nobis indulta beneficia temporis, & quam multa  
 nobis liceat diebus quidem huius uitae paucissimis bene recte  
 que uiuendo praemittere bona. Esto commissarum tibi puri  
 tatis exemplar sororum, uitae norma sacratoris, sententiae  
 memor legislatoris nostri Benedicti dicentis; Omnia quae ab  
 batissa



batissima monialibus suis dixerit esse contraria, in suis factis indicet non agenda. Tunc enim o filia uices Christi: in monasterio recte gesseris, cum subditas tibi uirgines in omni puritate mentis & corporis, uerbo & conuersatione precedis. In primis igitur temetipsam diligenter cōsidera, ut cunctis purgata uituis, bonisq; & sanctis decorata uirtutibus deo placeas, per continuum feruentis desiderium amoris: ac deinde commissas tuo regimini, ut id ipsum sapiant uelintq; in domino Iesu, qua poteris instantia sedulo cohorteris. Omni cura & sollicitudine uigila super crediras tibi animas, ne qua infidius maligni pereat tentatoris, qui semper circuit rugiens ut leo, ac stridens præ malignitate dentibus, quærensq; aliquam deo dicatam uirginē quam deuoret. Memor esto filia quam portetis thesaurum uirginitatis preciosum in uasis fictilibus: & uigila semper ne domum cordis uestri hostis ualeat penetrare malignus, ne hunc uestrum sanctis dei angelis uenerabilem subfuretur thesaurum. Claudite corda uestra deo uirgines dicatæ, quoniam ipsa sunt fictilia uasa, in quibus thesaurum portatis incomparabilem: ipsa sunt sceuaria in quibus ungentū continetis angelicæ compositionis, quod ne effluat summa uobis sollicitudine uigilandum. Supergreditur enim sancta uirginitas naturæ cōditionem humanæ, per quam homines angelis similes esse perhibentur, præmio felicitatis inæstimabilis pares, impares actione. Maior uero est uictoria uirginum quam angelorum, & dispar modo tempore & conditione certatio. Angeli enim sine carne uiuentes gratia Dei confirmante semel uictores euaserunt recte uolendo: Virgines autem in carne præter carnem uiuētes, diuina miseratione adiutæ longo certamine pugnantes, nunquam secure triumphant. Et ideo beatius est in carne uitam imitari angelorū q̄ numerum.

ex carne uoluptatis augere mortalium. Mulier enim inuupta & uirgo, sicuti facer ille declamauit Christophilus, cogitat quæ dñi sunt, quomodo sit sancta & corpore & spiritu, nec habet quo per inania defluat, sed amore semper purissimo fertur in deum, cui se totâ deuouit, tanto illi per desiderium inhxrens felicius, quanto se ab omni uitæ huius cōsolatione fecerit alienam. Nuptarum uero & multæ sunt & uariæ inutilesq; curæ, quibus tanto premuntur infelicius, quanto minus ea quæ domini sunt assolent cogitare. Oramus te uirgo sponсарū Christi custos uigilantissima, paucis quæ dicturi sumus mentē studiose accommoda. Mandatorum nostrorū quæ tibi in ultima uisitatione nostra matura deliberatione tradidimus, fidelē executricē tescit oportet exhibeas, circa monasterii clausurā maxime, quæ nulli aperiatur præter causam necessitatis. Ad fenestram quoq; locutoriam nulla sororum permittatur accedere sola, nec sine prouido idoneoq; testimonio loqui cum aliquo homine, siue pater is sit siue frater, siue mater siue soror, siue qualibet occasione à quoquā destinatus. Reddant nos aliena pericula cautos, qui maligni spiritus astuciam nō ignoramus, cuius quosdam nefandissimos imitatores agnouimus, qui cū uirginibus ad fenestrā solitarie loqui permissi, se fratres cognatosq; earundē esse dicebāt, quarū paulo post inuenti sunt sacrilegi corruptores. Decretum tibi & nostrū & ordinarium Neometensis episcopi tradimus, quo ante omnia uetamus, ne quem ex Duroburgio uirorū uel intra septa monasterii patiaris uideri, uel ad fenestrā cum aliqua solitarie loq;. Scis enim quibus conent studiis opa dæmonū exercere, & q̄ sit pnciosus talium sermo castis ac deo dicatis uirginibus. Hæc sunt q̄ tibi hac uice utiliter duxim⁹ intimāda. Si qd habes tuis in Colonia perferendū libet portitoris munere fungemur. Vale ex Neometi 24. Iunii Anno Christ. M. D. V.

IO ANNIS TRITEMII 23  
IOANNES TRITE. ABBAS SPAN.

Rogero Sycambro Dumetensi ui  
ro studioso & optimo. S.



Crispimus dilecte in Christo filiae nostrae dominae  
Richmodi, postridie nos descensuros ad Colonia  
A grippinam, quod te quoque scire uolumus optime  
Rogeri, ut si quid scribere uolueris Beisefelio nostro,  
sive Herbeno, aut reliquis amicis, per nos quam oportune pos-  
sis. Quicquid facturus es, quam totius fiat, quam diutius hic quam  
biduo non manebimus. Mitte nobis tuarum lucubrationum  
noui aliquid, quo tedium nauale utili occupatione releuemus.  
Quam enim sine lectione nobis molesta nauigatio, quae diu in coe-  
nobio nostro Spanhemensi nobiscum es conuersatus nostra  
consuetudine non ignoras. Ocium enim Seneca teste sine lite-  
ris mors est, & uiui hominis sepultura. Eius me consilio posse  
philosophari fortuna dedit non industria. Si uis inquit uacare  
aeris, aut pauper sis aut pauperi similis. Multis enim ad philoso-  
phandum obstiterunt diuitiae. Paupertas autem expedita est & secu-  
ra. Studiis itaque litterarum & diuitiis pariter nemo uacare potest:  
neque illam inhabitare animam dignam sapientiam, quam aut desideris  
uiderit infectam, aut curis rege temporalium inuolutam. Curis quidem  
haec mihi saepius inuolui corrigit, sed a me paupertas ex co-  
epte quo factus sum monachus nunquam recessit. A deo enim fami-  
liaris mihi diuturna consuetudine facta est, ut necessaria quo-  
dammodo iam deinceps. Longo studio multa didici, hoc unum  
scire nunquam potui, quales in corde diuitis cogitatio effectus o-  
peretur. Putas ne Rogeri & hoc ipsum me tandem posse apprehen-  
dere, ut sciam loquere hominum cogitationes? Ego quidem non puto me  
unquam intellecturum, quomodo diuitum se habeant cogitationes, sed ipse mi-  
hi uirtute ex necessitate feci, tranquillaque mente sic decanto.

οὐκ ἐθέλω πλουτεῖν, οὐχ εὐχόμεαι, ἀλλ' ἀμοιβεῖς  
 ζῆν ἀπ' τῶν ὀλίγων μηδὲν ἐχοντι κακόν.

Euripidis ego collaudo sententiam optimam dicentis.

πένης εἶδ' οὐδὲν θνητῆς ἀνῆρ

Virum generosum nequaquam esse pauperem.

Quod Menander confirmat dicens

πενίαν φέρειν οὐ παντός, ἀλλ' ἀνθρώπος σοφῶ

Non est inquit iri omnis sed sapientis tantū ferre paupertatem. Habeant diuitias, ab ipsisq; habeantur homines auari, luxuriosi, & ambitiosi, qui se non cogitant esse mortales: nos Christophili mores & uitā sequamur, qui nos uictum & amictū habentes monet esse contentos. Inopia merito grauaremur, si diuites aut essent immortales, aut secum absumerent iam morientes quas amauere diuitias. Nunc autem quoniam & ipsi moriuntur, & nudi cum pauperibus capiunt sepulturam, non ualde me grauatur mea paupertas, quippe qui hinc migraturus, tanto minus contristari me posse confidam, quanto in hoc mūdo nihil possedi transitorium quod amarem. Exercitatio uero mentis ad intellectuū ueri, quæ per studium scripturarum in hac uita cum delectatione ordinata in ultimum finem à uiris studiosis uanitatūq; contemptoribus agitur, nullam morituris amaritudinē affert, utpote qui optime intelligant mentis suæ perfectionem, quam adsequi studio appetunt, non antea posse consumari, quàm è carnis putredine resoluantur. Est enim intellectus humanus ut lapis preciosus non politus, qui si poliatur luminis fiet capax, erit que pulcher lucidus atq; perspicuus, in quo Dei pulchritudo queat resplendere. In hac tamen uita mortali non potest esse perfecta intellectus humani politio: habet tamen inditos sibi à natura gradus certos & modos, quibus post mortem in purgato

purgatorio animarum necessario adiicitur, quicquid hic minus per negligentiam eius politioni fuerit adhibitum. Lapis itaq; noster hic politur imperfecte, perfectius uero in purgatorio, sed perfectissime in cœlo. Itaq; cōmune omnium debet esse studium exercendi poliendiq; intellectum, ut pura & recta confluat intelligētia principii uniuersalis, quod est deus nostri creator, & lumen intellectus nunquam deficiens. Huius autem exercitationis uiam scripturarum nobis lectio continua demonstrat, si & legendo non intermiserimus orationis studium, & orando per amoris desiderium mens erigatur in Deū. Neque labore terrendi sumus, qui si fuerit improbus omnia uincit: & studium literarum diu continuatum paulatim auget intellectum, quod carmine pulchre cecinit Hesiodus:

ἢ γάρ κεν καὶ σμικρὸν ἰσθὶ σμικρὸν καταδίω,  
 Ἐ δὲ δὲ μὰ τοῦτ' ἐρδῶς, τὰ γὰρ κεν μέγα Ἐ δ' ἔγεινοιτο

Si enim paruū supra paruū addideris, & frequēter hoc ipsum facias, certe nagnū & hoc fiet. Nulla enim sine labore uirtus, nec sine certamine in hostes uictoria. Semper ergo ad sapientiæ dulcedinem nobis peruenire cupientibus o Rogeri laborandū est, & nunquam a studio scripturarū cessandum, quia nō aliter ad gustum internæ peruenitur suauitatis, quā per uehementem applicationem mentis, ad illud quod quæritimus pulcherrimū lumen intellectus. Intueamur ueteres gentilium sapientes, ut de nostris interea sileamus, comparatisq; studiis illorum & nostris, æqua lance utraque metiamur, & luce clarius apparebit, nos ad eorum comparationem ridēdos potius quā dicēdos studiosos. Demosthenes septem annis ætatis supra centum impletis, cum iam moreretur ingemuit, ea se moriturum ætate, qua sapere primum cœpisset. Socrates præceptor Platonis, octauo & nonagesimo ætatis anno stu-

Intellectus  
 humanus est  
 lapis im-  
 pō-  
 lius.

Demosthe-  
 nes.  
 Socrates.

EPISTOLAE FAMILIARES. 26

- Plato.* d'orum fecit finem pariter & uita. Ipse quoque Plato Philosophorum princeps, octogesimo uitae suae anno scribendi simul & uendi periodum accepit. Cato Romanus omni tempore studiosus octogenarius gratiam coepit. Nestoris lingua, testante Homero, iam uetuli atque decrepiti, orationem melle dulciorem in concione publica fluxit. Sed ueniamus ad nostros, qui nobis sanctorum normam studiorum, in principio Christianae philosophiae tradiderunt, & quam nihil sit nostra de nobis astantatio uideamus. A damantius Origenes Leonicus martyris Christi filius, uir in diuinis scripturis omnium studiosissimus, librorum sex milia graeco fertur sermone lucubrasse, & usque in senectutem extremam pauper & humilis pro Christi amore semper in studio perseuerasse scripturarum. Augustinus Apher Episcopus Hipponensis, tuae sanctissimus institutor religionis, homo sane omnium doctorum doctissimus plus quam mille triginta scripsisse libros siue tractatus inuenitur.
- Ambrosius.* Ambrosius Mediolanensis Episcopus, trecentos edidisse fertur tractatus. Hieronymus sanctissimus presbyter Bethlehemitanus, praeter noui ac ueteris editionem Testamenti, libros & tractatus, plus quam sexcentos legitur a didisse. Reliquos transimus pene innumeros. Dionysium Atrypagitam, Pauli apostoli discipulum & Athenarum Episcopum. Tertullianum Carthaginensem presbyterum, Cyprianum Episcopum & martyrem Dionysium Alexandrinum Episcopum. Lactantium Firminum. Eusebium Caesariae Palaestinae Pontificem. Iacobum Nysibena urbis Persarum Episcopum. Athanasium Episcopum Alexandrinum. Hilarium Pictauiensem praesulem. Nazanzenum Gregorium Episcopum. Basilium Caesariae Cappadociae pontificem. Aurelium Clemene Prudentium. Clementem Alexandrinum presbyterum, Ioanem Chrysostrum.
- Constantin.*

mum Constantinopolitanum patriarcham. Fulgentium Ru-  
 spesem Episcopum, Boëtium Seuerinum martyrem. Cassio-  
 dorum Riuennatensem abbatem. Gregorium papam ex ab-  
 bate S. Andree primum in urbe Roma. Fortunatum Pistauie-  
 sem. Isidorum Hispalensem. Bedam monachum Anglicanū.  
 Albinum Thuronensem abbatem. Haymonē Harsfeldensem  
 abbatē. Rabanum Fuldēsem abbatē. Strabum Fuldensem mo-  
 nachum. Nogeritū abbatē S. Galli. Petrum Damianū Episco-  
 pum Cardinalem. Anselmū Cantuariensem. Honorium Au-  
 gustadunēsem. Sigebertū Gemblacēsem. Bernardum Clare-  
 uallēsem. Hugonē & Richardum S. Victoris. Rupertum Tuy-  
 tiēsem. Hugonē Barchinonēsem Cardinālē. Bonauenturam  
 Cardinālē. Albertū magnū. Thomā Aquinatē, Vincētiumq;  
 Beluacēsem, qui omnes præ cæteris rerū Ecclesiasticarū scri-  
 ptoribus & multa & egregia uolumina ediderunt. Quid sunt  
 nostra studia Rogeri lucubrationibus istorum cōparata uiro-  
 rum? Omne tēpus uitæ suæ literis tradiderūt, semper aliquid  
 legētes uel scribentes, quo & suū intellectū in cognitionē sum-  
 mæ ueritatis eleuaret, & posteritati utilia prouiderent. Quid  
 deniq; sunt nostræ lucubrationes, quibus aliquid esse præ cæ-  
 teris putamus, si præscriptorum cōparentur opusculis Patrū,  
 nisi paleæ relate ad triticū, & immaturi quidā fructus, quibus  
 nec tempus affuit nec locus, imò nec aeris oportuna tēporis  
 donata fuit, ut in cibū coalescerēt opatū. Scribimus, ut Flac-  
 cus ait, indocti doctiq; poemata passim, & ianis nimirū æstimati-  
 onis cupidi opuscula nostra puerilia nimis, ut nonū taceā,  
 nec in alterū quidē premimus annū. Quæ omnia etsi ita se ha-  
 bebant, nostrorum tamē recte laudamus ingenia, cū unusquisq;  
 hoc ipsum quod potest, amore sapientiæ facit. Quanto enim  
 magis quisque in sacris scripturis assiduus fuerit, tanto ex eis

Commenda-  
tio sacræ lec-  
tionis.

uberiorem intelligentiam capit. Pulchra enim est & fructuosa  
 mentis studiosi hominis in scripturis diuinis occupatio, quæ  
 & animi legentis scribentisue intellectum illuminat, & abstra-  
 ctum à mundi uanitatibus hominē ad Dei amorē dulciter in-  
 flammāt. Hinc diuus nos Ambrosius admonet dicens: Cœle-  
 stium scripturarum eloquia diu terere ac polire debemus, to-  
 to animo ac corde uersantes, ut succus ille spiritualis tibi in om-  
 nes se uenas animæ diffundat. Et sanctissimus ille presbyter  
 Hieronymus. Diuinas, inquit, scripturas sapius lege, immo  
 nunquā de manibus tuis sacra lectio deponatur. Si enim scien-  
 tiam scripturarum amaueris, carnis uicia non amabis. Ignor-  
 antia enim scripturarum ignorantia Christi est. Nam si iuxta  
 Christophilū Paulum Christus Dei uirtus est & Dei sapiētia,  
 qui nescit scripturas, nescit Dei uirtutē & sapientiam, quæ per  
 illas duntaxat recte à nobis intelligitur. Multa ignoramus,  
 quæ nos minime laterent, si ueterum exemplo Patrum conti-  
 nua nobis lectio esset familiaris. Faciamus ergo quod monet  
 ,, Dēmonicū Isocrates, & erimus cum tēpore doctiores: ἐὰν φιλο-  
 ,, ῆς φιλομάθης, ἐσὶ πολυμάθης. Si fueris, inquit, discendi cupi-  
 dus, eris profecto & multa discens: Qui memoriam cupiens  
 solidare discipuli pulchre subiunxit. ἂ μὲν ἐπίστασι διαφίλατ-  
 ,, τε ταῖς μελέταις. ἂ δέ μιν μεμάνθηκας προσλάμβανε ταῖς ἐπισπ-  
 ,, μαῖς. Ομοίως ἄνδ' αἰσχρὸν ἀκούειν τὰ χρῆσιμον λόγον μὴ μανθάνειν,  
 ,, καὶ διδόμενον πᾶσαθὸν πρὸ τῶν φίλων μὴ λάβειν. Ea quidē quæ  
 didicisti, ait, meditationibus conserua, quæ autem necdum  
 didicisti, scientiis apprehende. Nam æque turpe audiēti uti-  
 lem sermonem non discere, & datum bonum quid ab amicis  
 non acceptare. Vale. Ex Neometi 24. Iunii Anno Chri-  
 stianorum M, D, V.



IOAN. TRITE. ABBAS SPANHE-  
mensis Iodoco Beiselo suo iuris Vt. Doctori  
Salutem.



Rima mensis Iulii huius die ueni ad oppidū Colo-  
niensis Archiepiscopi, quod Bunnam uocant, ubi  
postridie mihi iuxta conditum occurrit principū  
ille sapientissimus doctissimusq; Ioachim Brandenburgen-  
sum Marchio, Romani Camerarius & Elektor imperii, per  
quem illò uocatus à Neometensium ciuitate descenderam.  
Sexta dehinc eiusdem mensis luce uenimus ad Coloniam,  
ubi magnorū multorumq; Germaniæ principū celebratur  
cœuentus Regi nostro serenissimo Romanorum Maximi-  
liano præsentē, atq; in Sycambrias expeditionem maturante.  
Quò cum uenissēmus, altera mox die ad te scribere oportu-  
nū duxi, ut fortunarum mearum territamenta non ignora-  
res, quia probatum te inter omnes amicū habemus. Nam  
si nullius rei sine amico est iucunda possessio, quomodo & cō-  
municatiō tristitiū non afferet releuamē tristatō: Quāuis me  
parum contristet aduersitas, quam sola amulorum inuidia  
fuscitauit innoxio, me nullam eis præbente occasionem. Si  
mecum luserit fortuna, nihil auferet, quod non dedit, quæ  
magis forsitan mihi proderit aduersa, quàm blandiēs & pro-  
spera, quandoquidem eius munera insidiæ sunt non dona, &  
maleficiæ potius quàm beneficiæ neminanda. Ciceroni autē si  
credimus, non solū ipsa fortuna cæca est, sed etiā ees plerunq;  
cæcos efficit, quos complexa est. Propterea interrogatus Chilo  
philosophus quid esset fortuna, respondit, ignarus est medi-  
cus fortuna, multos enim excæcat. Sed accipe quibus in me cæ-  
ca telis molitur sæuire fortuna, nestrōrum inuida amulorū  
exagitata maleuolentia, quò intelligas te non solum esse inter

Fortuna.

EPISTOLAE FAMILIARES 30

mortales cui domestici graues suscitauerūt iniurias. Non enī  
 potest mentiri quæ nouit omnia ueritas, in sancto prænunci-  
 ans Euangelio, non solum ab exteris, uerum & à propriis do-  
 mesticis atq; necessariis fideles suos p̄ iusticia & sacratissima  
 religione tribulatiōes & inimicitias esse passuros. Quæ nobis  
 qua ratione cōrigerint tam à nostris quàm ab extraneis, breui  
 te narratione cōrigerimus certiozem. Cum anno proxime trans-  
 acto, quod te minime latere potest, multorū conspiratio prin-  
 cipū atrocissimum, & penitus moribus christianaē religionis  
 contrariū ageret bellum aduersus clementissimum principē  
 Philippum comitem Palatinum Rēni Bauariæq; ducem, sub  
 cuius tuitione monasterium meū iure comitatus Spanhemer-  
 sis firmatum constat, metu hostium secedere in oppidum cōe-  
 nobio proximum Stauropolim compulsus sum. Interea Py-  
 rophorus comes ille Haffonū prædas, incendia, & deuatati-  
 ones sacrarū ædium, uicorum, pulcherrimarumq; in circuitu  
 Staurotensium uillarum patrans sine misericordia, inter alia  
 meliores cœnobii mei cortes deuatans igne concremauit.  
 Mansimus autem cū nostra insigni bibliotheca, quam olim  
 apud nos perlustrasti, in oppido memorato, mēsisibus quinq;  
 donec finem liceret uidere malorum. Reuersi tandem pace  
 reddita prouinciæ ad monasteriū, uarias in nos machinatio-  
 nes quorundam æmulorum ex nostris consentientibus non  
 nullis interea subortas paulatim intelleximus, quas cum in-  
 nocentia & reſtitudine mentis nostræ freti contemneremus,  
 nō existimantes neq; ponderantes quod latebat in nos odiū  
 Cynonotorum, creuit malignantiū cū tempore furor. Con-  
 tigit aut ut prima die mensis Aprilis anni præsentis in causa  
 exusti monasterii Lympurgensis uocatus Budorim, oppidū  
 serenissi

serenissimi principis nostri Philippi Palatini Comitis, de meo cœnobio exirem, nihil minus timens, quàm quod me absente postea contigit malum. Nam quinta dehinc die Budoris me in ordinis mei negociis communibus existente, Cy nonotorum quidam satellites missi ad monasterium meum, quosdam e familia contractis clausuris sublatisque vestimentis rebusque inuentis cœperunt, & publicæ custodiæ memorati oppidi, nescio quæ crimina imponentes falsa in contumeliam & opprobriū nostri manifestū p̄ dies nō paucos manciparūt. Quæ cum nobis Budorim nunciata fuissent, animum nostrū non mediocriter mouerunt, displicuitque non immerito nos tam insignem ab his accepisse contumeliam, quos ne uerbo quidem offendimus unquam. Quid nobis tamen utiliter esset faciendum cum amicis deliberantes, cōclusimus tandem ad Spanheim non prius redeundum, quàm satisfactione legitima tantam cognoscamus iniuriam emendatam. Mansimus itaque apud Budoras & Neometes ferme tribus mensibus, non dubitantes nostros de producta nostri plus dolere absentia, quàm nos ipsi contristemur. Causas odiorum in nos Cynonotes alias habent alias confingunt. Amor & obseruantia quibus semper fauimus clementissimi principis Philippi rebus, non ultima persecutionum in nos causa fuit. Da bo igitur temeritati locum ad tempus, & ibo cum serenissimo principe meo in Marchiam Brandenburgensem, quod à multis quidem annis rogatus minime ante hac efficere potui. Neque reuertar breui, nisi quiescat in nos ista commotio. Habes optime Beiseli totam infelicitatis meæ historiam, si tantum infelicitas dicenda sit, per quam fortunæ malignitas euincitur. Nam si recte sapius, non poterit nobis nocere fortuna, quemadmodum Menander ait.

πᾶσι ᾧς ἐφρονῶσι συμμάχει τύχη.  
 ταυτομάτην ἡμῶν καλῶ βεβλέυετῃ.

Quicquid enim fortuna uiris ingesserit bene sapientibus, proficit in bonum, saepeq; contingit casibus ex aduersis fortunā subsequi meliorem. Quocirca nobis ad omnem euentum fortitudine & temperatā opus est, ut neq; mente aliquando tempore deiciamur contrariantium nobis, neq; in prosperis ultra quam expedit inaniter eleuemur. Auferat fortuna licet omne quod dedit, diuitias, honorésq; comminuat, & annihilat dignitates, si mens diuinum sustinens radium in suo culmine perseueret, nihil lēsit. Dominium rerum, ut Valerius inquit, collabifolct, bonā mens praefertur diuitiis: nam bonae mentis usurpatio nullum tristioris fortunae suscipit incursum. Cognoscamus nos esse mortales, & cōmuni necessariaq; dissoluti omni semper obnoxios, ut omnes fortunae incurfus una sententia redentes, neq; laudemus secundam, neq; aduersam incusamus. Nempe, ut Ciceroni placet, fortunam laudare stulticia, uituperare uero superbia est. Vale cōstās & sanus. Ex Colonia Agrippina Principum durante Concilio 8. die mensis Iulii, Anno Christianorum. M. D. V.

IOAN. TRIT. ABBAS SPAN.  
 Matthæo Herbeno salutem.



Ongratulor tibi amice, & multipliciter sum gauisus, quod te sacris altaribus Domini & saluatoris nostri Iesu Christi tandem aliquando post uarias mentis tuae fluctuantes opiniones ministrū & sacerdotem sacrificulum dicasti. Hæc est uia tutior ad felicitatem, si mente & operibus officio conueneris quod subiunxisti. Dicit enim in Leuitico scriptura diuina; qui habuerit maculam, panes non offerat Deo suo,  
 nec ac

nec accedat ad ministerium eius. Si cæcus fuerit, si claudus, si fracto pede uel manu, non accedat offerre hostias Domino, nec panes Deo suo. Maculam habet sacerdos, qui terrenis affectionibus inhians, conscientiæ puritatem uiciorum turpitudine sordidauit. Cæcus est qui propter ignorantiam diuinarum scripturarum lumen intellectus non cõspicit doctrinæ cœlestis, redditurq; ob id indignus sacerdotali officio, quia penitus est ad instituendam Dei familiam doctrinis salutaribus inutilis. Cum enim sacerdotis officium sit iuxta prophetæ sententiam, interrogatum respondere de lege, ac Domini populo, quia Angelus dicitur eius, annunciare uoluntatē, quomodo cõmissos sibi docebit populos, qui totus ipse in tenebris ignorantiae uersatur? Sed facile te credimus in lege Domini fieri posse doctum, si studium secularium literarum, in quibus ad plenum eruditus es, cum amoris desiderio ad sanctorum meditationē cõuerteris scripturarum. Nobilissimo enim flores ingenio, cuius acumine subleuatus quicquid uolueris diuinarum institutionum quàm facillime amando cõprehendes. Cumq; spiritalis uicium cæcitatatis, quod facile quidē potes auxiliante spiritus sancti gratia, euaseris, summopere cauendum tibi est, ne claudicantis opprobrio turpissimo denoteris. Claudus est enim fractoq; pede & manu sacerdos, qui uita & cõuersatione ad puritatem Euāgelicæ ueritatis nõ ambulat, nec se bonorum sectatorē operum, coram omnibus sibi cõmissis exhibere curat. Contra quē in Exodo legitur: Sacerdotes qui accedunt ad dominum sanctificentur, ne forte percutiam eos. Iterumq; scriptura sacerdotibus precipit dicens: Mundamini qui fertis uasa domini. Dupli-  
 cis enim doctrina debent esse ornati sacerdotes Domini, operis uidelicet reſtitutinis, & uerbi sacre prædicationis, ut bonum quod subditis suis eligendum prædicant, iniquis opera-

*Sacerdotes  
debent doctrina & operibus populo præire.*

*Esai. vi*

tionibus non corrumpant. Sanè doctrina ueritatis semper quidè  
 utilis est populo Dei siue bene uiuat is qui docet siue male, in sa-  
 cerdote tamen sine bonæ cōuersationis exemplo non sufficit,  
 utpote qui bonum quod prædicando commissis sibi populis  
 utiliter proposuit, male uiuendo infructuosum fecit. Propterea  
 nemo, sicut Augustino placet, amplius in Dei nocet Ecclesia,  
 q̄ is qui peruerse agens nomen & ordinem affecutus est sacer-  
 dotis. Delinquētem namq; hunc redarguere nullus præsumit  
 subditorū, & in exemplum culpa uehementius trahitur, quan-  
 do uitiosus pro reuerentia ordinis honoratur. Cum ergo rui-  
 na populi sint sacerdotes mali, magna nobis cautela prouidē-  
 dum est, ne quis nostro scandalizatus exemplo in foueam de-  
 cidat nostri occasione delinquendi. Non te multitudo similitū  
 excusabit peccantem, sed fuge potius exempla multorum, nō  
 pure ad institutionē sacerdotalem cōuersantium: quoniā stul-  
 tissima cōsolatio est, cum pluribus uelle perire, & nō magis sal-  
 uari cum paucis. Multi enim sacerdotes, ut Chrysostomus ait,  
 & pauci sacerdotes. Multi quidem in nomine, & pauci ualde  
 in operatiōe. Videte ergo quomodo sedearis super cathedrā,  
 quia cathedra nō facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram.  
 Non locus sanctificat hominem, sed homo locum. Qui bene  
 sederit super cathedram honorem accipit ab illa, qui male se-  
 derit iniuriam facit cathedræ. In iudicio sedes, siquidem bene  
 uixeris & bene docueris, omnium iudex eris. Si autem bene do-  
 cueris & male uixeris, tui solius iudex te solum condemnabis.  
 Nam bene uiuendo & bene docendo, & populum quomodo  
 recte debeat uiuere instruis, & q̄ minister sis Domini fidelis ab  
 ipso remunerandus ostendis. Si autem bene uiuis & populum  
 tibi commissum non bene docēs, peccasti, quia populum non  
 instituendo perdis, quo pereunte culpa tua, quomodo sacer-  
 dos &

IO ANNIS TRITEMII

dos sine populo saluaberis? Cum uero male uiuēs bene doces, formā Deo præscribis, quomodo te debeat cōdemnare? Quo circa te hortor, Herbene frater charissime, cura q̄ diligenter, quatenus utroq; ualeas ornari decore, quo & bene doceas populum, & recte uiuendo nō condemes. Tres in primis mortales sacerdotum aduersarios, quibus hodie pereunt multi, continuo certamine indidō reluctari q̄ uiriliter cura, quibus deuitis omnem malorum turbam impugnantem facile superabis. Sunt autem tria sacerdotū uicia, quibus rapti complures ad inferos prolabūtur, auaritia, superbia, atq; luxuria, τῶν ἰδρωῶν καὶ καὶ φιλ. Felix ille sacerdos, qui hoc tempore inuictū se ab his dæmonibus custodierit, & in uia sacerdotū publica nō ambulauerit. Beiselio nostro cōmuni scripsimus amico de his quæ circa nos aguntur, quorum nesis ignarus, exēplar tibi literarum, quas ad eum dedimus his introclusum transmittimus. Rogamus autem ut nobis translationē nostram mysticæ theologiæ Dionysii cum græco exemplari, quam tibi ante bienniū, cum nobiscum esses in Spanheim cōmodauimus, remittas. Vale. Ex Colonia octauo die Iulii. 1505.

*Tria uicia  
sacerdotum*

IOAN. TRITE. ABBAS SPAN.

Ioanni Capellerio mathematico S.

**S**exta die mēsis huius ueni ad Coloniā cū Serenissimo principe Ioachim Marchione Brādēburgēsi, quod te latere diutius nō uolui, eo q̄ ueteris amicitiae iura semp inuiolata custodieris. Rogamus ergo ut quāprimū ad nos uenias musis comitat⁹ & Iyra, qm̄ & locus nobis est oportun⁹, & tēpus ad philosophādū nostrūq; institutū proseguēdū satis admodū copiosum. Nō operiaris sextilē Saturni melancholizantis, qui eo die quo nos Agrippinā intrauimus

non satis fauste præterit, sinistri pedis nobis tumore inflicto. Quam diu sumus hic mansuri, nobis incertum est: propterea moras deprime, & ueni quæntotius, quia multus ad te nobis sermo se ingerit proferendus. Vale. Coloniae ex hospicio nostro quod est in platea quam potoplateam uocant, quoniam uere potatoribus abundat. Marchionis ad ualuas insignia cõsiderans minime aberrabis. Octaua die mensis Iulii Anno Christianorum M. D. V.

IO. TRITE. AB. SPANHEMEN-  
sis Iacobo Kymolano Carmelitarum or-  
dinis amico. S.



Um ante paucos dies Coloniae nauigio uenissem, audiui te istuc in tui ordinis esse conuentu, de quo subdubitantem me certiorẽ hodie reddidit Iacobus noster de Maseck medicinae doctor, à nobis ad prandium inuitatus. Mox epulis de mensa remotis calanum postulauit & chartam, tibiq; literas scripsi quas mitto, non ualens differre ulterius tui desiderium. Volumus itaq; & precamur obnixius, ut crastino mane ad nos uenias nobiscum pransurus, totumq; diem concessurus disputationibus nostris. Aderit nemo qui nos impediatur: solus sum enim cum familiaribus meis, & unico Marchionis Brandenburgensis necessario mathematico, homine sane per quam humano. Nihil te morẽ quin uenias. Hospitium huius famuli mei relatione agnosces. Vale. Ex ipsa domo mansionis nostrae in Colonia hodie nona die mensis Iulii. Anno Christianorum 1505.

IOAN. TRITE. ABBAS SPAN-  
opt. Parri & ami. Gerlaco de Breitbach mona-  
cherii Turriensis Abbati Salutem.





Vae mihi fortuna, me dicam hominum peruersa temeritas fabricauerit aduersa, te penitus latere non potest. In omnē quippe terram fama diuulgata est, Tritemium abbatem extra suum cōuersari cōenobium, quam non omnibus æque nota sit causa, sed multi uarios hinc minime ueros circumferunt in uulgo rumores. Cum ergo non procul constituti simus ab inuicem, tu quidem in Tuitio sanctissimo illo cōenobio tuo, ego uero Coloniae in hospicio mihi à principe, cuius occasione adueni, disposito, quatenus te faciã de rebus nostris certiore, ad me crastino uenias, præsurus nõ biscum de mensa Sereniss. mi principis Ioachim Brandeburgensium Marchionis, cuius munificētia sumus copiose prouisi, epulaturus. Ego quidē ad te uenire duplici occasione prohibeor: altera ratiōe memorati principis, cui deesse nõ possum: altera propter sinistri cruris pedisq; inflationem, quæ mihi omnem discurrendi facultatem interdicit. In descēsu meo per Renum nauigio, quinq; apud Reuerēdissimum ac chispsulem Coloniensem Hermannū diebus in Bunna quicuius, qui suis nos expensis releuauit de hospicio, & munere gratisimo donauit, tuicq; mentionem sæpius inter loquendum habuimus, sicuti audies cum ueneris, in optimã de te æstimationem. Quo sim in hospicio, harum tibi nuncius literarum faciet manifestum. Vale pater optime. Ex Colonia 10. die mensis Iuli Anno Christianorum M. D. V.

IOAN. TRIT. ABBAS SPAN-  
hemensis Iacobo de Maseck physico uirōq; sa-  
pienti & amico salutem.



Misisti nobis hesternò uesperis munus certe gratissimū,  
Kyrani uidelicet libros, antiquo atq; pulcherrimo  
charadere pergameno inscriptos, quos tota Ger-

mania penè quæretes, nusquam integros reperire potuimus. Gratias tibi habemus ingentes, agemusq; si unquam nobis licuerit quam maximas, pro hac tua in nos humanitate. Amplius enim tali nos munere honorasti, quàm si multam nobis obrulisses pecuniã, propterea q; lectio tanti auctoris ad intellectus nostri perfectionem aliquantulum nobis conducere pôt, pecunia uero nihil. Pecunia facile consumit, sapientia uero in intellectum nostrum illuminans nullũ patitur detrimentum. Quid enim philosopho Christi Iesu religionẽ professõ, & ad paradisi diuitias per inopiam tendenti pecuniã huius mundi conducunt, quæ omnium & malorũ & scelerum hominibus sunt causæ? Cum labore namq; pecunia, & animæ periculo nõ paruo acquiritur, acquisita cum timore seruatur, & sæpe cum dolore mentis grauissimo amittitur. Adde q; Satyricus non imprudenter de hominibus auaris cantauit dicens

Interea pleno dum turget sacculus ore,  
Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit  
Et minus hanc optat qui non habet opem.

Et forsitan cõtemnimus eo facilius, quo minus habemus, haberemus etiam si non contemneremus. Quare aut contemnimus? Quia non possumus esse diuisi. Nostra enim philosophia non partem sed totum hominem requirit. Auaritia uero & immensus amor habendi, adeo sapientiæ contrariant, ut quem semel possidere particulariter cœperint, liberum non sinant amplius, sed totum suæ subdant inquietissimæ tyrannidi. Mens in uno quoq; una, quæ duobus cõtrariis non pôt peruia esse amoribus, Dño & saluatore nostro Iesu Christo in sacro testante Euangelio. Οὐδεὶς δύναται δυοῖν κυρίοις δουλέειν. ἢ τὸ θεῷ ἢ ἐν ἑνὶ ἀγαπήσει, ἢ ἐν ἑνὶ ἀποθήσει, ἢ ἐν ἑνὶ ἀποθήσει. οὐ δύναται θεῷ δουλέειν καὶ μαμωνᾷ. Et in alio

Pecunia est  
omniũ malo-  
rum causa.

Auaritia Sa-  
tan quantum  
nocet homi-  
nibus.  
Math. 6.

loco.

loco. Videte, inquit, & caute ab omni auaritia, quia non in a bundantia cuiusq̄ uita ei⁹ est ex his q̄ possidet. Et i Euāgelio κα τὰ Marcū. Filioli, q̄ difficile est cōfidentes in pecuniis in reg nū dei introire. Facilius est camelū p foramē acus trāsire, quā diuitē intrare in regnū cœloꝝ. Docētissimus etiā p̄ceptor no ster Christophilus, cōtra auaritiā nos uolēs esse munitos, dicit. Radix oīm maloz̄ est cupiditas, quā quidā appetentes erra uerūt a fide, & inseruerūt se doloribus multis. Tu aut̄ o homo dei hęc fuge: Nihil intulimus in hunc mundū, haud dubium quia nec auferre aliquid hinc possumus. Habentes ergo ali menta, & quibus tegamur uestimenta, his contentissimus. Nā qui uolūt diuites fieri, incidunt in tentationē & in laqueū diaboli, in multaq̄ desyderia inutilia & nociua, q̄ mergūt ho mines in interitū & perditiōē. Qui em̄ pecuniæ seruit, & præ sentiū cōpedibus maloz̄ constringit, & futuris malis perpetu isq̄ parat. Difficile nāq̄ est diuitias habentē nō apponere cor, nō amplius cupere, nō anxari, non ex opinione inopix̄ acqui rédi cupidineq̄ semp̄ torqueri, & interdū humanæ societatis nō uiolare cōstantiā. Phocylidis p̄cepta phis custodiēda sunt q̄bus & menti trāquillitas, & iuri generis cōseruat cōmunitas.

Marci 13.

1. Timo. 6.

Phocylidis  
p̄cepta de  
fugienda aua  
ritia.

πλουτον ἔχων σὴν χεῖρα πεινητέουσι ὄρεξον  
ὣν σοὶ ἔδωκεν θεὸς τούτων χεῖρσιν περὶ ἀχθ  
ἴσω κοινὸς ἅπασ ὁ εἶος καὶ ὁμῆφονα πάντα

Auaritiam quoq̄ omnium causam malorum & aurū grauiter fatis detestans, post pauca sententiam talem subiungit.

ἰδιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἀπάσης.  
χρυσὸς αἰεὶ δόλος ὅτι καὶ ἀεργὸς αὐθρόωποισι  
χρυσὸς κακῶν ἀρχηγὸς, εὐφροδρε πάντα χελεπῶ  
ἴδε σὲ μὴ θνητοῖσι βλιέσθι πῆμα ποθενόν.  
σοῦ δὲ ἔκκητι μάχαι τὲ ληλασίουτε φόνοιτε  
ἔχθρα δὲ τέκνα γονεῦσι, ἀλελφθοὶ τὲ βρώμοις.

22  
22  
22  
22  
22

Proinde monet post aliqua, diuitiis, si nobis adsint, nequam esse parcendum, quas neq; auferre nobiscum licet, neq; tenebris inferre Plutonis, pulchre sic dicens

» τούτου μὴ Φείδου, μέμνησ' ὅτι θνητὸς ὑπάρχεις  
» οὐκ ἐν ἐξ ἄθην ὄλβον ἔχειν καὶ χεῖματ' ἀγέοι.

Apud ueteres qui philosophiæ præcepta subierunt, in primis diuitias, ueluti quædam sapientiæ impedimenta, cõtemnere oportebat, prouide satis intelligentes, mentem rebus occupatam terrenis, diuinis nequaquam posse uacare doctrinis. Et quid loquor de sæculi hominib⁹, qui ueræ philosophiæ tramitem, quo ad felicitatem peruenitur aternam non inueniunt, cum nostræ institutionis sacræ principes apostoli domini & saluatoris nostri Iesu Christi, eorumq; discipuli atq; sequaces, ut liberius cælestibus intenderent, omnes mundi perituras diuitias amore superiorũ contempserunt. Recte namque sanctorum quidam imitator, ad ueram nos uocãs sapientiam ita cecinit dicens.

Tranquillam & uacuum curis sapientia mentem  
Imbuit, & placidi pectoris hospes erit

Et sanctus ipse sanctorum dicit per quendam oraculi sui prophetam. Super quem requiescet spirit⁹ meus, nisi super humilem & quietum, ac tremementem sermones meos. Quantos hodie cernimus inter Christianos nomen sibi usurpantes philosophiæ sacratoris, cupidos, auaros, luxuriosos, immundos, cunctisq; animalibus deditos pãssionibus, qui se existimant esse quod non sunt, quia perseuerant quales esse non debuerunt, de quibus sanctus dicit Christo philus. ὅσοι ᾄδ γίνωσκε, ὅτι ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἐνστήσονται καρροὶ χελεπόι. ἔσονται ᾄδ οἱ ἀνοσῶπι φίλωντοι, ἀλαργυροὶ, ἀλαζόνεσ, ὑπερήφανοι, ἐλάσφημοι, γενεῦσιν ἀπειθεῖσ, ἀχάειστοι, αἰόσοι, ἄστειροὶ, ἀποσθηδοὶ, μάβο

λοι, ἀκρατεῖς, ἀνήμεροι, ἀφιλάγαδοι, προδόται, προπετεῖς, πετρωμένοι, φιλήδονοι μάλλον ἢ φιλόθεοι, ἔχοντες μόρφωσιν ὀυσιβείας, τὴν δὲ δ'ὕναμιν αὐτῶς ἠρνημένοι, καὶ τούτους ἀποτρέπτει καὶ τὰ λοιπὰ. Quemadmodum hodie pars maior Christianorū præscriptis passionibus ubiq; laxauerit habenas, nullus nostrum inter homines uel mediocriter conuersatus ignorat: & maxime uidemus auariciam, quæ idolorum est seruitus, totū pene genus infecisse humanum, eosq; si dicere fas est, qui ex præminentia dignitatis diuitiarū præ cæteris deberent esse cōtempores. Vnde paucissimi hodie uel propter Dei amorem ad sacerdotium, uel propter sapientiæ desiderium ad studia se conferunt literarum: quin potius quod nimium est dolendum, in utroq; commodum temporale à pluribus quæritur, honores mundani & diuitiæ, plusquam Dei reuerentia cogitantur, ut ad literam prophetia uideatur impleri, qua dictum est: Et erit sicut populus sic sacerdos. Hinc sacerdotii contemptus oritur, & sermo domini tota die blasphematur. Cuius enim sacerdotis uita despicitur, quid mirum si doctrina eius ab imperito populo contemnatur? Huic sanctus Christophilus ma iam recte impropersans uitam dixisse monstratur: qui alios doces te ipsum non doces? Dominus autem noster Iesus Christus formam nobis præscripsit doctrinæ, de quo sanctus Euan gelista Lucas refert in principio Actorum Apostolicorum dicens: quæ cepit Iesus facere & docere, usq; in diem qua præcipiens apostolis per spiritum sanctum quos elegit, assumptus est. Vnde & sanctus Ambrosius dicit: ante uita quam doctrina quærenda est. Vita bona sine doctrina gratiam habet: doctrina uero sine uita integritatem non habet. Docere enim & nō facere, Chrysostomo teste, non solum lucri nihil, sed & dammi plurimum confert. Grandis enim condemnatio est, com

Osee. 4.

Roma. 2.

Sacerdotes  
debent facere  
& docere

Mat. 7.

penenti quidem sermonem suam, uitam uero suam & opera turpiter negligenti. In primis igitur doctrinae uita confirmetur sanctae, ne cui dica: ut illud in sacro scriptum Euangelio. Hypocrita, eice primum trabem de oculo tuo, & sic poteris uidere festucam in oculo fratris tui haerentem. Sed nos, o Iacobe, dimissa multitudine non recte philosophantium, studia nostra conferamus ad ueram philosophiam, quae in cognitione & amore ueritatis summae consistit, pro cuius assecutione sanctissima neque auro indigemus neque pecunia, sed mentis duntaxat purioris tranquillitate, cum desiderio diuini amoris, & obseruantia mandatorum Dei, in omni mansuetudine & patientia longanimitatis. Vale nosque saepius inuisere non negligas ne otio consumamur. Coloniae ex nostro hospitio 12. die Iulii. Anno Christianorum 1505.

ΙΩΑΝΝΗΣ Ο ΤΡΙΤΗΜΙΟΣ ΑΒΒΑ

Ἐδ' Ἰωάννι Καπελλεῖω Φιλοτάτῳ  
χαίρειν.

Ἐπιμαρτυροῦμαι ἐραστῆς ἡρώδου προκότου ἐν τοῖς ἑλληνικοῖς λόγοις. ἀλλ' οἶδα μὲν ὅτι πρὸς ἐμὴν ἀνεμῶν μένον σου λέυεσθαί τὴν εὐλογίαν ἀποτατῆ. Οὐλίμα ἐββαον παντελῶς πανταχοῦ λέγουν ἀναγκάων. προσήκει μὲν ἤν καὶ ἡ, ὅ παντελῶς ἀναγκάων, ἐν σου λόγων τι ποιῆν ἐμὴν ἀνεμῶν ἐαυτῶν ἀπαντα πάντως δοῦναι τὰς τῶν λόγων σου δόξας ἐγχαρμμάτων, καὶ ὅς ἀπολείπειν ἑαυτοῦ ἑσώπου. ἄλλ' δὲ δ' ἡλον, καὶ δικίμης δεῖται μηδεμίαν. Οἶδας μὲν ἤν τὰ τῶν ἀνθρώπων θελήματα καδικῆς ἔργων ἀλλοια καὶ μεταβολικά. ἀληθὴς ἐστὶν ἡ παροιμία ἐν σου κολικῶ πᾶ ἀεργιλίου γραφειῶς: μὴ πάντα δυνάμθω πάντων. ἀλλ' ἀδύναμις ἡμῶν ἐστὶν εἰς θεὸν ὁ πατήρ, ὅς οὐ τὰ πάντα, ὅ εἰς κύνειος ἰουσοῦ χριστοῦ ὅς οὐ τὰ πάντα, ὡς εἶπεν. ἰδὺν δὲ δόξα ὑμῶν ὁ ἑστιάσθ.

Mat. 10.



Rogero Sycambro fratri chariff. S.



Atisfacturus tuo desyderio, quod prius quàm Neometim exirem te rogante promisi, amantissime Sycamber, quam habuerim in nauigando fortunam, & quid hoc agatur publice scriptus tibi meis breuiter uolui aperire. Neometim 25. die mensis Iunii cum magistro Narcisso ex Parisio nuper ad me misso, & quibusdam aliis familiaribus nostris exiui, eodemq; uespero Mogūciacum uecti curribus intrauimus. Post diei conscensa naui, prosperoq; nauigantes uento Renū sulcantes descendimus, & prima die mensis Iulii Bunnā applicuimus. Erat autem uigilia solemnis Visitationis beatissimæ Dei genitricis, semper uirginis Mariæ. Ibi aduentum serenissimi principis Ioachim Brandēburgensiu Marchionis bido expectauimus: Interea copiosissime in omnibus prouisi munificentiæ Reuerēdissimi Colonensiu Archipræsulis Hermāni. Tertia uero die mēsis Iulii circa solis occasum uenit etiā ipse princeps quem expectabamus, cum sexaginta equitibus, quem archiepiscopus honorifice suscipiens triduo secum detinuit. Sexta die mane ipsius mensis Bunnā exeuntes, circa horam decimā ad Coloniam uenimus. Et nunc sumus hic nullam recessus nostri certitudinem habentes. Fama est non uulgaris, Regem nostrum expeditionem meditari, auxiliūq; non defuturū in tuos Sycābros. Continui habētur inter Principes coram Rege tractatus pro reformandā pace & concordia inter principem nostrum Philippum Comitē Palatinū, & reliquos ab eo dissentientes. Macharius abbas desolati monasterii Lymphurgensis, non sine incōmodo & iactura sumptuū propter communia reipū. negocia, regiam de die in diē præbatur audientiam, sed nemo est qui desolationi eius subueniat.



niat. Feci pro eo uerbū ad principem meum serenissimū Marchionē, per quem ut confidimus in breui obtinebit à regia maiestate quam præstolatur audientiam. Si scire uis ea quæ circa me aguntur accipe paucis. Sum hic in hospicio mihi deputato iuxta principē, de cuius ordinatione omnia nobis copiose ministrantur, quæ necessaria sunt. Ad mensam interdū, imo crebri⁹, uoco amicos nostros uiros eruditos atq; philosophos, quorum alloquio & disputatione nihil poterimus habere iucundius. Inter quos extant præcipui Theodericus Vlsenius medicus, mathematicus, & poëta dulcissimus. Iacobus de Maseck medicus & philosophus singularis eruditionis, cum quo mihi bellum & cōtinua decertatio est contra stulticiā inanēq; alchimistarum spes, qui magna promittunt cum semper nihil habeant ipsi. Iacobus Kymolanus ordinis Carmelitarum ex Gandauo Theologus, amœni & dulcis ingenii homo, qui generalis magistri suæ religionis de Anglia expectat aduentum, cum quo suauis mihi cōuersatio est. Georgius Sibuthus, poëta, nouiter manib⁹ regis hic laureatus, iuuenis quidē sed ingenio sus. Ioānes Capellerius uicecomes Regiæ uillæ, philosophus & mathematicus Parisiensis, eruditus & profundæ speculationis, de cui⁹ ingenii uiuacitate admiratur multi doctissimi uiri. Tempore breui paucisq; diebus Græcæ noticiam linguæ magna didicit ex parte, legit pfecte, cōpetenter intelligit, elegantēq; scribit characterem. Sex mensium uix spatio Græcus discipulus, & multorum euasit præceptor: nam plures ad me græcas nō inelegantes scripsit epistolas. Cum his eruditissimis uiris iucunda nobis conuersatio est, & de uariis scripturarum locis inquisitio cōtinua. Ut nam te nobis comitem itineris habere licuisset, quo ingenio tuo amantissimos tuos hospites nostros: frui cōtingeret. Mulmus hunc. f. mulum nostrum pro quibus

Theodericus  
Vlsenius.  
Iacobus de  
Maseck.

Iacobus Ky-  
molanus.

Georgius  
Sibuthus.

Ioannes Cap-  
ellerius.

ad negotiis ad Neometini & Sebach, cum quo siquid uoles ad nos scribere, quàm certissime poteris. Mox enim ad nos reuersurus est Coloniam. Vale mi frater, & Deum ora pro nobis. E Colonia 12. die mēsis Iulii, Anno Christianorū. M.D. V.

IOAN. TRITE. ABBAS SPAN.

dilectissima in Christo filiae Richmodi, abbatissae monasterii in Sebach, synceram in Domino charitatem.



Vam primum mihi loquendi facultas cum Archiepiscopo Coloniensiu data fuit, quod secunda mensis Iulii die in Bonna cōtigit, causam patrimonii tui, quam habes cum Guilicmo milite de Hoist fratre tuo in medium proposui, consilium simul & auxilium postulauī. Qui postea quā bonam ualitudinem ex me tuam audiuit, cōgratulus est, omnēmq; operā adhibiturū suā promisit, ut aliquēd paternae substantiae quantū fuerit possibile cōsequaris. Verum cum nihil fieri possit, nisi frater tuus fuerit in praesentia cōstitutus, rem omnē in Coloniā distulimus, quō uenturum sperabamus. Et quia cōparuit minime, cōsiliū est principis, ut aliquēd in Colonia per literas procuratorē constituas, qui causam oportune coram eo sollicitet, fratre aliquando, quod saepe fieri cōsuevit, hic in Colonia personaliter cōstituto. Non est mihi dubium, quin archiepiscopus amore tui cū mē facturus est in causa diligentia quam pollicetur. Constituas itaq; coram scriba iurato quē uolueris in Colonia procuratorem causae quem iudicaueris idoneum, nobisq; mittas cum praesentium latore procuratoriu. Hesternō die in monasterio tuo Machabeorum inuitatus a magistra prandium habui, & causam tuā magistro Heliae proposui, qui & ipse cooperaturum se pro uiribus uoluntate promisit. Is mihi unā cū magistro Gifberto uideretur nō inutilis

inutilis causa patronus eligendus. Salutant te magistra cœnobij, & soror Margareta de Dauercckhusen, Priorissa quondam in Sebach, & teraq; sorores tui amicitis mæ cœnnes. Literas ad te scribendas differunt usque ad meum de Colonia recessum. De meo statuta & ualitudine famulus iste meus certior te faciet. Vale Christi deuotiss. ma uirgo, nostri memor in sanctis orationibus tuis. E Colonia 16. die Julii. Anno. M. D. V.

IOAN. TRITE. ABBAS SPAN-  
hemensis Ioanni Gryposio Artopœo ciui  
Stauropolitano amico chariss. salutem.



Voniam uerum te nobis amicum semper exhibuisti Ioannes dulcissime, iuxta illud uiri sapientis: omni tempore diligit qui amicus est: & frater in angustis comprobatur, in finem perseuerare contendis. Literis enim nec tuis non minus ornatis q̄ dulcissimis quasi deiectis animo, propter eam quam in nos æmuli suscitauere contumeliam, amicissime consolaris: te quoque nobis corpore & substantia nūquam pro uiribus defuturum promittis. Et quāuis animum nostrum penetrauerit nulla deiectio, utpete qui spes nostras in tutiora locauerimus, omnes fortunæ fauentis impetus patienter ferre prospere mercedis futuræ instituti, tibi tamen gratias ingētes habemus, qui ueræ amicitie iura in uoluptate custodis. Hæc est enim perfectæ amicitie integritas, quæ non ex cōmodo lucri rei tēporal's capit ex ordiū, sed in Christi amore fundata uirtutū & qualitate cōstat. Multorū est falsis ornatus: bus fucata & bestialis amicitia, qui felicitatis tempore pleni adulatione circumstrepunt, & in hora necessitatis nullus eorum comparat. Diuitiæ nanque, testante rege sapientissimo:

*Quæ ueræ amicitie, & quæ fucata.*

*Procy. 16.* Salomone, addunt amicos plurimos: à paupere autem, & illi quos habuit, separabuntur. Fratres enim hominis pauperis oderunt eum, insuper & amici procul recesserunt ab eo. Sed qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem dei derelinquit. Non est uera amicitia quæ deserit amicum in necessitate constitutum. Vera autem iuxta diuum Hieronymum ista necessitudo est, & Christi glutino copulata, quam non utilitas rei familiaris, non praesentia tantum corporum, non subdola & pallians adulatio, sed Dei timor & diuinarum scripturarum studia conciliant. In amicis enim non res quaeritur sed bona uoluntas, quia & substantia saepe à non amicis praebetur: uoluntatem uero bonam sola charitas amicitiae tribuit. Eadem namque uelle & eadem nolle inter pares & bonos firma amicitia est, quæ ubi manet nil facile creditur, nil facile recipitur, ut Chrysostomus ait, quod dissidium possit operari. Si uero semel inimicitiae occupauerint animos, omnia quæ sunt, quæ dicuntur, quæ audiuntur, ita recipiuntur, ut ad maiores proficiant inimicitias. Rara est hodie inter mortales amicitia uera, propterea quod priuatum bonum utilitati praefertur communi, nec possunt esse in amicitia fideles, quos munus non gratia copulauit, quam mox ut amplius non acceperint *ὁμοφύγοι* homines, omnem deserunt charitatem. Dilectio enim quæ munere glutinatur, eodem suspensio dissoluitur. Vera est igitur amicitia illa quæ nihil querit ex rebus amati, nisi solam beneuolentiam, scilicet ut gratias amet amantem. Aequalitas nempe animorum amicitiam conciliat, non ambitio rerum, ut sit amicus in amico per beneuolentiam quasi alter idem seu anima una, sicut Aristot. dicebat, in duobus corporibus habitans. Cum ergo non possit esse uera inter mortales amicitia, nisi conglutinet eam inter amantes uera charitas, quæ prohi pudor nostris nimium est

rara tēporibus, magnā in cōparandis amicis diligentia opus est, ne incōsulte amemus, quem postea contingit odisse. Quo circa uir quidam sapiens inter mortales uera precii amicitiae magnificiens dicebat: Amico fideli nulla est cōparatio, quā amicus fidelis protectio fortis: qui talem inuenit, thesaurū certe preciosum inuenit. Et Menander hoc ipsum cōfirmans dicit.

Ἐν τοῖς δεινοῖς χρημάτων κρείττω φίλος

φίλος ἔχει νόμιζε θεαυροῖς ἔχει

In aduersis autem pecuniis est praestantior amicus.

Amicos habens existima te thesauros habere.

Quam sine rari fideles amici quotidie omnes experimur, qui in prosperitate multos, neminem uero in alca fortunae mutata repennius, sicut & ipse Menander dixit.

Ἐὐχρῆσ' ἔχειν τικὰν ἔχης ἕξις φίλος

Si fueris diues forsan bene habebis amicos.

Quòd etiam lasciuus ille testatur poëta in Tristibus dicens:

Donec eris felix multos numerabis amicos

Tempora si fuerint nubila solus eris.

Sed tu uale nostri fidelis amicus: tempus omnia curat. Ex Colonia die mensis Iulii 16. Anno 1505.

IOAN. TRITE. A.B. SPANHEMEN.

Ioanni Capellerio mathematico S.



Am tibi partem steganographiae nostrae minoris, cui titulum dedimus graecum ἠλωτῆραφοεῖαν, id est, linguae fertilitatem, rescribi fecimus quam pridē postulasti à nobis, op<sup>9</sup> ut seis archanū, hactenus nulli uisum, quod ea mittimus lege quo seruetur occultum. A morē tuum & in-  
deficiens erga literas Graecas studium, ceterasq; philosophiae mādanē scientias non uitupero, sed laudare potius magnisq;

præconiis efferrem, si hæc omnia rite ordinaueris ad amorem diuinum. Vniuersa enim mortalium studia, quæ non fuerint ad Dei charitatem ordinata, profus uana & omni Christiano contemnenda sunt. Curandum igitur nobis, ut mens nostra propriæ memor salutis nunquam studiis inhæreat mundanis, sed illis utatur potius ad ministerium & seruitutem non continue, sed cum fuerit necessarium duntaxat per uices philosophiæ & sapientiæ spiritualis, per quam in Dei cognitionem amando perducitur, & in amoris dulcedinem cognoscendo roboratur. Mortales sumus & urgentibus naturæ statutis, necessario morimur omnes, hoc solum ferentes nobiscum, quod discendo & studendo in cognitione & amore summi boni creatoris nostri proficimus. Cæterorum uero fructus omnes studiorum, sicut nebula cum labore habito euanescent. Omnis ars humanitas adiuuenta, quæ diuinæ non coheret scientiæ, licet in hac uita nomen sibi usurpet scientiæ quantumlibet celebrioris, habitumq; assequatur demonstratiuum, tam diu potest manere in homine, quam in corpore cum ratione uita. Cessat autem penitus cum moritur homo, & cum cæteris uitæ actionibus expirat. De hac uana scientia mundi sanctus Christophilus dicit in quadam epistola. Siquis existimat se scire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oporteat eum scire. At si quis diligit Deum, hic cognitus est ab illo. Cuius sententiam diuus Bernardus pulchre dilucidans in meditationibus dixit. Vides quod non probat multam scientes, si modum nesciant sciendi. Vides quomodo fructum & utilitatem scientiæ in modo sciendi constituit. Quid ergo dicit, nisi ut scias quo ordine, quo studio,

quo

*Omnes scientiæ ad fidem in Christum referri debent.*

*p. 607. 8.*

quo sine unumquodque scire oporteat. Quo ordine: ut illud prius quod maturius mouet ad salutem. Quo studio, ut illud ardentius quod mouet uehementius ad amorem. Quo fine, ut non ad inanem gloriam & ostentationem, sed ad tuam aliorumque salutem. Quemadmodum uero non est una omnium ad scientiam properantium intentio, ita nec finis quidem unus. Alii namque multa scire cupiunt eo tantum fine ut sciant, & fructum suæ curiositatis uanum & in nihilo consistentem recipiunt. Alii autem scire uolunt propter commodum temporale, ut uidelicet diuitias honoresque assequantur & dignitates: qui quid aliud quam turpem exercentes quæstum ipso scientiæ sacro nomine penitus censendi sunt indigni. Et quàm multi hodie ad scientiam se in hunc finem conferre reperiuntur. Et sunt non nulli qui scire uolunt ut ipsi ab hominibus sciantur, quorum fructus scientiæ uanitas est. Omnium præscriptorum intentiones ad sciendum reprehensibiles sunt, & finis culpæ ac iudicii rationi obnoxius. Sunt uero alii qui scire cupiunt ut proximos in Christi amore instituunt & ædificent ardentius, & horum finis charitas est, & fructus, si uita doctrinæ concordet, æterna felicitas. Alii autem sunt qui scire uolunt, ut ipsi in lege domini ædificentur, quorum finis prudentia, & merces uitæ debita bonæ sempiternæ beatitudinis retributio. Vides nunc amice quis debeat nostræ finis esse scientiæ, & quemadmodum nos scire oporteat. Cum ergo finis scientiæ speculatiuæ sit ueritas, & practicæ opus, tantum scimus quantum de cognitione Dei omnipotentis apprehendimus, qui solus est ueritas: tantum uero cognoscimus quantum diligentius, Scientia enim uera & salutaris Dei parit cognitionem,

cognitio amorem, amor frequentiam, frequentia familiaritatem, familiaritas fiduciam, fiducia omnium quæ postulaueris à domino Iesu facile impetratione. Scientia quippe uirtutis cultum præcedit, quia nemo potest fideliter appetere quod ignorat. Cognitio ueri & amor recti certissimè ad felicitatè parant introitum. Præcedit autem sicut diximus amorem cognitio, cum nemo possit amare ueraciter quod penitus ignorat. Propterea dixit ad Patrem in Euangelio dominus Iesus Christus.

*Vera cognitio Dei, est cognitio Christi.*

Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Quid nam aliud est illa super cælestis beatorum spirituû amœnitatis fruitio, quàm diuinæ maiestatis cognitio & amor? Salutaris enim scientiæ cognitio annexum sibi habet amorem: nec potest mens intellectualis sempiternæ fruitiois habere confortiû, si aut cognitio fuerit sine amore,

*Dæmonû cognitio.*

aut amor sine cognitione. Dæmones quidè mali cognoscunt, sed quia non habent amorè, ad fruitionè quæ ex utroq; & nõ ex altero nascitur solo minime pertingunt. Amorè unius summæ ueritatis philosophi gentiles quidã, & extra Christianismû

*Philosophorû cognitio.*

positi hodie forsitan multi habere uidentur, sed quia non cognoscunt Patrem uniuersitatis solum uerû Deum, & quem misit ille dominum nostrum Iesum Christum, in suis cogitationibus euanuerunt, & ad fruitionem summæ bonitatis nequaquã perueniunt. Dicit autem ipse saluator noster Dominus Iesus Christus de illis qui ipsum uenisse in mundum nõ cognoscunt

*Ioannis. 3.  
Hebr. 11.  
Fides quàm sit necessaria.*

per fidem in sancto Euangelio. Qui non credit, iam iudicatus est. Et S. Christophilus: Sine fide, inquit, impossibile est placere Deo. Vera enim cognitio ex fide est, & amor ex cognitione. Homo ergo qui nõ habet fidem, non habet cognitionem.

Qui autem non habet cognitionem, non habet amorem. Et qui non habet amorem, non potest habere fruitionem. Hoc est enim



est enim quod ipse Dominus Iesus iam ascensurus in cœlum  
 suis discipulis reuelauit dicens. Euntes in mundū uniuersum  
 prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & bap-  
 tizatus fuerit saluus erit, qui uero non crediderit condemna-  
 bitur. Prima itaq; ad Deum uia est scientia siue cognitio per fi-

Mar. ultimo

dem, sine qua nemo saluabitur. Ad hanc ueram scientiam o ma-  
 thematicè omnes aliæ scientiæ & studia tua referant, quod ni-  
 si feceris, inani & stulto labore cōsumeris. Hæc est scientia ue-  
 ra, quæ scientem compunctione & amore afficit nō extollit,  
 nec superbientes quos impleuerit sed gementes facit, iuxta il-  
 lud uiri sapientis. Qui addit scientiam, addit & dolorem, eo-  
 quod in multa scientia multa sit indignatio. O nunc igitur amice,  
 prouideamus nobis in tempore opportuno, ut studia nostra fa-  
 ciamus bona quando tempus habemus, quemadmodum san-  
 ctus dicit apostolus.

ἰδοὺ θρῦνὸν ὁ δεκτὸς χρόνος, ἰδοὺ τῆσ' ἡμετέ-  
 ρας σωτηρίας ἡμέρα. ἀντὶ τῆσ' ἡμέρας ζωὴν ἄλλην ἐπιφέρει, καὶ ἄλ-  
 λουσ' ἑσώπουσ' ἐπισπάσει. νυνὶ μνησθεύτεον, ὅτι ἐν τῇ μνηστείᾳ θλίβειν  
 εἰ σῶμα κακὸν, εἰάν τις βουλοίμθα ὅδ' οὐρανοῖς ἀναβαίνειν, καὶ σὺν  
 θεῷ ζῆν τὴν αἰωνίαν ζωὴν. ἄλλοις μέγχι τοῦ νῦν ἡμαρτήκαμεν, καὶ ἤ-  
 γῆσ' καὶ τοῦ οὐρανοῦ ποιητὴν ἐβλάψαμεν. ἕως περὶ τὸ πομενῶμεν ἐν  
 ταῖσ' ἡμετέραισ' ἁμαρτίαις. ἀνίσταμεν τελευτάων ἀνίσταμεν ἐξ  
 ἀνομίας ὡς ἄγαπε ἄλλε φεῖσάντων κατελλέει, καὶ τοῦ θεοῦ ἱερέ-  
 ον ὁμολογῶμεν τὰ πάντα ἁμαρτήματα ἡμῶν, καὶ ὁ θεὸς συγ-  
 γνώμων ἡμῖν συγγνώσεται. ἄλλως δ' εἰς ἄσθη καταβησόμεθα,  
 καὶ μεθεμία ποτὲ ἐκεῖ ἐσὼ λυθώσῃσ' εἰς αἰῶνα. ἀναγίνωσκε τὸν  
 προφητὴν ἡσαΐαν λαλῶντα ἡμῖν. λούθεσθε, καθαροὶ γίνεσθε, ἀφέ-  
 λεσθε τὰς πνηθείας ἀπὸ τῶν ποσῶν ὑμῶν, ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν  
 μου. παύθεσθε ἀπὸ τῶν πονηρῶν ὑμῶν. μᾶτε τεκαλὸν ποιεῖν, ἐκζη-  
 τήσατε κεῖσιν, ῥύθεσθε ἀδικούμενον, κείνατε ὄρφανόν, ὁ δικαιο-  
 θετε χεῖραν, ὁ δεύτε, καὶ ἴσατε χεῖρά μου μὲ λέγει κύριος. ὁ εἰάν ὡσιν

2. Chorin 6.

Esaie 6.

αἰ ἀμαρτία ὑμῶν ὡς φοινίκον, ὡς χιόνα λθκανῶ. ἐὰν δ' ὡσιν ὡς  
 κόκκινον, ὡς ἔριφι λθκανῶ. Ἐάν θέλετε Ἐἰς τοῦτο ταί μου, τὰ  
 ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε. Ἐξ ἐν ἰωὴλ ὁ κύριος ἐλέγει. ἐπιστά  
 φητε πρὸς με ἐξ ὀλης καρδίας ὑμῶν ἐν νηστία καὶ κλαυθμῷ, Ἐν  
 κσπερ Ἐξ ἀφ' ἑξῆς ατε τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ μὴ τὰ ἱμάτια ὑμῶν.  
 ἐλεήμων ἔστω καὶ οἰκτεῖμων ἔστω ὁ κύριος, καὶ μετανῶν ἴδθ τὰς  
 κακίας. Ἐ ὁ χριστός Παῦλος ἀπόστολος ῥῆς ἐφεσίσις γράφον  
 λέγει. οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ ψάλη πρὸς αἴμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀς  
 χάς, πρὸς τὰς ἄουσίαις, πρὸς τοῦ κοσμοκράτορος το σκότους ἢ  
 αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνυματικά τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπιπορ  
 νίσις. Ἐ ἔξ ἄπρ μὴ λέγει ὁ μακάριος τῶν ἀποστόλων ἀρχὸς ὁ πέ  
 φος. ἄσε λφοινηθε καὶ γρη γρηθε, ὅτι αὐτίθκος ὑμῶν διάβο  
 λος, ὡς λέων ὠρῶ μῦθ πειπατεῖ ζητῶν τίνα καταπίη, ὡ αἰτί  
 σκε ἐν τῷ σφ. ἢ ὁ κύριος ἡμῶν ἰησοῦς χριστός ἐν τῷ ἀγίῳ θναγγελίῳ  
 εἶπεν, γρηγορήτε, καὶ προσεύχεσθ ἵνα μὴ εἰσελθῆτε εἰς πειρασμ). ἄπρ  
 μὴ ἔστω πρῶτον ὁ χριστός Παῦλος ἀπόστολος. ζῶ δέ φησι  
 ἐγὼ οὐκέτι, ζῆ δέ ἐν ἐμοὶ ὁ χριστός. ὁ νῦν ζῶ ἐν σαρκί, τῆ πίσει ζῶ  
 τῷ ἰοῦ τῷ θεῷ τῷ ἀγαθῷ ἔντός με, Ἐ παραδόντος ἑαυτῶν ἑσῆς  
 ἐμοῦ ἰησοῦς χριστός θύλογητος εἰς αἰῶνα. Magna uero nobis o a  
 micitate puritate & sanctitate opus est, si uera sapientia fructus cū  
 beatissimis Christi apostolis in aeterna cupimus felicitate ob  
 tinere. Dicit enim rufus in quadam epistola S. Christophil<sup>9</sup>  
 Pacem sequamini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua  
 nemo uidebit Deum. In Leuitico etiam dixit ad Moſen Dñs.  
 Loquere ad omnem coetū filiorum Israel, & dices ad eos. San  
 cti estote, quia ego sanctus sum dominus Deus uester. Quid  
 autem sanctitas esse putanda sit, Dionysius Ariopagites in 12.  
 de diuinis nominibus capite nō tacuit, sanctitas inquis est,  
 ut secundum nos loquamur, omni scelere libera perfectaq; &  
 penitus incoinquinata mūdicia, Deus noster sanctus est, nos  
 autem

1o Pet. 2.

Eph. 6.

1. Pet. 9.

Mat. 13.  
Gal. 2.

Hebr. 12.

Leui. 19.

Sanctitas  
quid.

autem peccatores & immundi. Cum ergo inter dissimilia nõ fiat unio, quomodo inter Deum & nos concordia fiet? Audiamus diuinum doctorem sanctum Augustinum. Nullus, inquit, sanctus & iustus caret peccato, nec tamen ex hoc desinit esse iustus uel sanctus, cum affectu teneat sanctitatẽ. Dicit enim scriptura. Septies in die cadit iustus & resurget, impii autem corruent in malum. Si cadit, inquit Hieronymus, quomodo iustus; si iustus quomodo cadit? Sed iusti uocabulum non amittit, qui per pœnitentiam semper resurgit. Et non solum septies, sed etiam septuagies septies delinquenti, si conuertat ad pœnitentiam, peccata donantur. Et quamuis nemo fiat sanctus uiribus suis, cum non sit uolentis neq; currentis sed miserentis Dei: uoluntas tamen nostra bona ad nostri sanctificationẽ necessario requiritur, ut Dei gratia in nobis sanctitatẽ operetur. Quoniam quidẽ sicuti neq; sine muliere uir, neq; sine uiro mulier ex se hominẽ procreat, ita nec uolũtas hominis bona sine gratia Dei, nec sine uoluntate ipsius hominis bona diuina miseratio quẽquam sanctificat. Liberum arbitriũ donauit homini Deus, quo habeat uoluntatem in sua potestate, nõ ut bonũ a se possit quod uult, sed ut uelit quod posse donauerit ipse. Vnde & sacer Christophilus dixit. Velle mihi adiacet, perficere autem non inuenio. Cur hoc õ diuinorum sancte speculator, cum nihil a deo bonũ sufficiat uolũtati sicut ipsa sibi? Sed non est inquit uolentis neq; currentis, sed miserentis Dei. Hanc Pauli sententiam multi carnaliter sapientes nõ sane intelligũt, propter hoc uel maxime, q; subiũxit. Ergo cui uult miseretur, & quem uult indurat. Carnalibus nimium circuncincti ad faciem cordis uel aminibus turbantur, & plerunq; de miseratione Dei clementissimi desperare uidentur, quasi diuina uoluntas nostrã sit causa damnationis, & nõ pœ-

*Sancti & iusti non sunt sine peccato*

*Rom. 9.*

*Liberũ arbitriũ quatenus homini datum sit.*

*Romanos. 9.*

*Deus nõ est causa nostræ damnationis.*

tius ipsa uoluntas nostra propria, quam illi conformare contempnimus. Quem enim indurat Deus, propriae uoluntatis a uersa demerito indurat: & quem saluat utiq; propriae uoluntatis conuersa bonitate saluat. Tua uoluntatis est currere, Dei bonitatis est saluare. Non saluabit te gratia, si tua uoluntas fuerit ociosa. Impossibile naq; est bonam non saluari uoluntate. Sed & ipsa donum Dei est, quonia nec uelle bonum nec perficere sine gratia Dei possumus. Deus autem benedictus qui uult omnes homines saluos fieri: misereri nobis, & dare gratia semp quidem paratus est, mens uero nostra carnis nimium delectata comertio, quoties in peccatum auertens se a summo bono prolabitur, toties nubem reatus interponit, qua gratia miserentis Dei alioquin semper prompta, in ea minime operetur. Enim uero quem admodum ad solem conuersus lunae globus illius splendore luminosus ac lucidus efficitur, & quanto plus appropinquauerit directae oppositioni, tanto magis illustratur. Quod si terra corpus interuenerit, eclipsim mox luna patitur, & in uolutionibus obscuratur. Sic mens nostra ad deum per uoluntatem bonam & interni desiderium amoris conuersa pulcherrimis atq; dulcissimis gratiarum illustrationibus perfunditur, & in sancto speculationis acumine mirifice roboratur. Mox uero ut peccati nubes intercesserit, se lumen illud inficiens abscondit. Praeoccupatum namq; secularibus siue carnalibus desideriis animum, Dei gratia nequaquam illuminatur. Neq; misceri poterunt uana ueris, aeterna caducis, spiritua lia carnalibus, ima summis, impuraq; sanctissimis, caelestia terrenis, ut pariter mens sapiat quae sursum, & quae super terram. Vale Capellerie, scientiisq; insuda salutaribus, quarum fructus in caelo promittit, & finis nulli unquam fini obnoxius habes. Iterumq; uale. Ex Colonia 18. die mensis Iulii. Anno 1595.

Ioan.

IOANNES TRITEMIVS IOANNI

Steinemoel presbytero Mechiliniensi S.



Blata mihi ad te scribendi oportunitas est per hūc uirum tibi & notum & ut asserit singularitate cuiusdam necessitudinis iunctum, qui istinc ad Mechiliniam erat transiturus. Scribimus itaq; ut scias, quid nobis de tuo ad nos reditu ordinandum uideatur, ne curras in uanum. In primis ergo notum tibi facimus, q̄ ratione belli anno circa nos priore saeuientis res nostrae collapsae sunt, & caecutiente fortuna grauis in nos aemulorum exorta inuidia, cui locum dare ad tempus causa persuasit, ut uel ipsi melius deliberent inimici, uel nos amicorum consilio rebus nostris alibi prouideamus. Sumus itaq; ituri in Marchiam Brandenburgensem cum eius serenissimo principe hic iam in conuocatione regia praesente, qui id multis à nobis uicibus pridem literis & nunciis, nunc autem uerbis coram desiderauit. Ibi-mus autem de nostro penitus reditu incerti, propterea quod graui nostrorum accepta contumelia nihil minus quam reuerri ad Spanheim cogitemus, nisi aliter diuina ordinauerit uoluntas, cui semper subiecta & consentiens nostra debet esse infirmitas. Tuum ergo ad Spanheim reditum differas oportet, quousq; audieris nos illò tandē reuersos, nisi forsitan uiam sexaginta miliarium frustra uelis peragere. Vincentii tui rebus propter inquietudinem temporū intendere nequiuimus, nec enim cordi nobis amplius possunt, cum tu uane iactabundus nimiū, ea quae suscepisti à nobis philpophiae secretioris archana, pro turpi lucro, ut facti sumus certi, uenalia circumferas, magnum te esse quempia arbitrans, pro eo q̄ Tritemii te possis gloriari fuisse discipulum. Non est haec uerae sapientiae uia mi Ioannes, nec tua deest atate spem in uanitate loca

EPISTOLAE FAMILIARES 58

re, & pro uilis aestimationis precio margaritas proiicete por-  
 cis. Magna quædam de nobis prædicas, ut magnus ipse in æ-  
 stimatione populi habearis, & dum ueræ laudis normam præ-  
 tergrederis, grauē nobis iniuriā facis, uetustissimi oblitus pro  
 uerbii: Lauda parce, uitupera partius. Displicet nobis tuæ lau-  
 des uehementissime, quia uituperia sunt potius nostri quā lau-  
 dationes. Non enim omnium est hominum archana intelli-  
 gere naturæ, & in rebus notis præter cōmunē aliquid latens  
 usum eruere. Cū tu uero aliqua de nobis polliceris quæ nō in-  
 telligant cæteri, quid restare credis õsenex aliud, nisi qđ dictu-  
 ri sunt nos aut superstitiõibus deditos, aut uanitatibus immer-  
 sos. Nō ea cõditione te à nobis introductū scimus: sed quia tu  
 interpositā transgressus es legē æquitatis, quid in maioribus  
 faceres nobis fuerit rationabiliter præuidendū. Cessa igit̃ ab  
 his uanitatib⁹ te hortamur, & cogita ministrū te esse Iesu Chri-  
 sti ac senio maturū, quē non deceat uanitatibus gloriā aucupa-  
 ri mortalem. Vale nostri memor ad Deum. Ex Colonia 24.  
 die mensis Iulii. Anno Christianorum M. D. V.

IOAN. TRITE. ABBAS SPAN.

Ioanni Brachtio monasterii S. Mathiæ S.



Redo te minime latere, amicorū decus, eā tribula-  
 tionē, quā in me suscitauit hostis ille malignus, quī  
 inuidiæ telo armatus primos de paradiso inno-  
 centiæ hoies eiecit. Me quoq; de monasterio meo non quidē inui-  
 tū, sed recordatiõne iniuriarū uolentē expulit, & menti meæ  
 nausē atq; horrorem quendā prioris loci, quē tenerrime ama-  
 ueram, induxit. Viuo iā hic quadā necessitate curialis, iturus  
 propediē cū serenissimo principe Ioachim Brandēburgensiu  
 Marchionē Romani Electore Imperii ad fines Saxonū, & tar-  
 de forsitan rediturus: quo interea mota in me aut cesset perfe-  
 cutio,

cutio, aut si mei absentia sumpserit uires, matura nobis puiden-  
 tia p̄stet remediū. Dñi em̄ est terra & plenitudo ei⁹, cuius immē-  
 ta potestas, & penitus inexhaustæ pietatis miseratio, à quo no-  
 bis ubiq; auxiliū in tpe oportuno affuturū cōfidimus, & de ei⁹  
 p̄tectione nullatenus dubitamus. Te aut̄ frater in Christo ama-  
 te rogamus, ut Deū orare pro nobis in hac maris iniqui cō-  
 motione incessanter digneris, quatenus bonū qđ nostra cōse-  
 q̄ merita nequeunt, tuis p̄cibus per Dei misericordiā nobis cō-  
 cedat. Scio em̄ qđ oratio humiliat̄ se nubes penetrat, & uacua  
 nō reuertet̄, saluatore nostro in sacro p̄mittete Euāgelio. Peti-  
 te, inquit, & dabit̄ uobis, q̄rite & inuenietis, pulsate & aperiet̄  
 uobis. Oīs em̄ qui petit accipit, qui q̄rit inuenit, & pulsanti ape-  
 riet̄: Nā sicut ap̄lus Christi Iacobus dicit: multū ualet oratio iu-  
 sti assidua. Nec tua p̄ nobis oratiōe fusa carebis, dicente Papa  
 Gregorio. Quisquis p̄ aliis intercedere nitit̄, sibi potius ex cha-  
 ritate suffragat̄, & p̄ semetipso citius exaudiri meref̄, quāto de  
 notius pro aliis intercedit. Pro se namq; orare, Chrysofomo  
 teste necessitatis est, pro aliis aut̄ fraternæ charitatis. Dulcior  
 aut̄ ante Deū est oratio, nō quā necessitas transmittit, sed quā  
 charitas fraternitatis cōmendat. Et sanctus p̄sul Ambrosius. Si  
 pro te rogas tñ, pro te solus orabis, si aut̄ roges pro oibus, pro  
 te quoq; rogabūt oēs. Oratio uero tunc p̄fecta est & facile impē-  
 trat optatū, ubi causa clamat, & lingua, & cor, & act⁹, & sermo,  
 & uita, & cogitatio tota, sicut & Menāder paucis exprimit di-  
 cens. *ὁ χῆρος ἀνάγκης οὐκ ἀδύνατος θεός.* Id est. Iusta orationis exau-  
 ditor est deus. Magna aut̄ ille uoce clamat ad Dñm, qui et si  
 lingua taceat, bonis tñ operibus perseueranter clamat. Talē  
 te cū sciamus oratorē puritate mentis insignē, & uita sanctū, te  
 iteq; atq; iterum rogamus ora pro nobis & Vale. Ex Colonia  
 22. die mensis Iulii. Anno Christianorum M. D. V.

*Math. vi  
Luce. xi*

*Orandū esse  
pro inuicem*

EPISTOLAE FAMILIARES. 60

IOAN. TRITE. AB. SPANHEMEN.

Iacobo Kymolano Theologo salutem.



Rnoldus Bostius Concarmelita quondam tuus in  
 Conuentu tuo Gandensi, uir meo iudicio doctus &  
 sanctus, cum te nimirum astronomiae seculariumq; lite-  
 rarum studis deditum cerneret dehortari conuenit, & ut ma-  
 gis te ad scientiam conferres diuinarum scripturarum, pia sedu-  
 litate admonere. Vnde & me literis suis dulcissimis, quare be-  
 neficouit nobis semper fuit largissimus aliquoties rogauit, quate-  
 nus te per epistolam à nimia & curiositate & uanitate saecula-  
 rium studiorum corrigerem, & ad ueram sapientiam, quae in sacris  
 literis continetur, omni studio prouocarem. Verebatur enim uir  
 optimus, ne mens tenera lenociniis musarum semel dulciter  
 infecta, in delectationem mundanae sapientiae, quae stultitia est co-  
 ram Deo, paulatim rueret, unde in nauseam postea, sicut mul-  
 tis contigit, diuinarum scripturarum perueniret. Ego autem qui  
 iusta postulanti miro eius deuinctus amore non poteram ne-  
 gare consensum, feci pro uiribus quod hortabatur. Scripsi ad  
 te, non me poenitet, prolixam satis epistolam, in qua ut nobis &  
 saecularis literatura scientiam deficientem spiritali sapientia uanam,  
 & sacrae intelligentiam scripturae sine nocitia philosophiae saecu-  
 laris, multimoda ratione ostendi nobis esse difficilem. Tandem  
 in fine conclusisse me memini, non plus scientiae mundanae uiro  
 claustrali necessarium, neque amplius desiderandum, quam di-  
 uinarum scripturarum intelligentia requirit. Nam sicut beatus  
 Ambrosius ait: philosophia quae est circa elementa mundi, qua-  
 lis est astronomia, magis est falsa quam uera sapientia. Scruta-  
 tur enim plagas mundi, & spacia rimatur, quae sibi prodesse ni-  
 hil possunt. Vnde etiam sanctus abbas Clarcuallis Bernardus  
 his pene similia dicit in canticis, Philosophorum uetosa loqua-

ritas



citas non bonus est imber, qui sterilitatem magis intulit terris  
 quā fertilitatē. Vinū quoque sapiētiae saecularis inebriat quidē sed  
 male, quoniā non aedificat mentē sed inflat, & uias celestis sa-  
 pientiae praeccludit. Pudet me horum tēporum, in quibus pu- *In Ecclesia*  
 dicissima uirgo philosophia nostra celestis, quam graeco uo- *uerbum Dei*  
 cabulo theologia uocamus, usque adeo quarūdā meretriciarū *et non philo-*  
 societate uiolēta corrumpitur, ut pene nusquā exeat pura, sed *sophia doce-*  
 philosophorū inutilibus, ne dicam uanis deturpata plumis *ri debet.*  
 potius quā ornata uideatur. Quasi nobis ad studium cele-  
 stis doctrinae minus sufficiat Euangelium Christi, desintque ad fi-  
 dei nostrae cōfirmationem diuinarum testimonia scripturarū,  
 ut in omni pene sermone ad Christianos de fide, gentilium sit  
 necesse opiniones introducere sapientum. Quantum ad fidei  
 Christianae institutionem pertinet, Euāgelium Christi salua-  
 toris abunde sufficit: quia sicut diuus Bartholomaeus aposto-  
 lus ab Ariopagita Dionysio in theologia mystica introductus  
 ait, & latum & magnū est, rursusque concisum. Magnū est Euan-  
 gelium Christi, quia omnem cōtinet disciplinā sapientiae cō-  
 sanctae fidei Christianorum uidetur necessarium abundantis-  
 sime docet: rursusque concisum, quia nihil cōtinet inutile, nihil  
 in eo reperitur superfluum. Hanc Euāgelii Christi sufficien-  
 tiam legis & prophetarū uaticinio promissam, doctrina quo-  
 que & praedicatione apostolica luculentissime explicatam,  
 uetustiores sanctae recordationis integerrimi doctores optime  
 intellexerunt, qui in declamandis ad populum sermonibus,  
 sacrosanctam Christi doctrinam, promissa quoque prophetarū,  
 & apostolorum sanctiones in mediū producerunt. Nostri autē  
 cōcionatores maiore in numero, purissimos Dei sermōes Ari- *Aristotelici*  
 stoteliis Iulianisque intermiscēt opinionibus, crebris philo- *cōcōnatores.*

phos gētilium q̄ Christi Apostolos allegantes. Proh pudor, tam celebris facta est uerbi Dei præconibus peripateticorū autoritas, ut in cathedra Christi crebrius Aristoteles citetur in mediū quā Paulus aut Petrus sacratissimi principes apostolorū. Quid taliū sermones simplici & indocto Dei populo proficiunt, in quibus ad ostentationē totum, ad cōpunctionē uero nihil inducitur? Ad scholas Gymnosophistarū ista meretriculæ gentiliūmque traditiones remittendæ sunt, ut in schola Christi nihil aliud q̄ doctrina Christi pura & immaculata prædicetur. Furfures enim purissimæ farinæ cōmiscuit, quisquis hunc prædicandi modum primus adinuenit. Reuolue præcor omnium sanctorum patrū sermones ueterum, simul & celebratissimas eorundem homilias, & uide si gentiliū philosophorum furfures inuenias farinæ cōmixtas Christianæ puritatis. Disquire obsecro quā diligētissime Origenis, Hippolitī, Cypriani, Hilarii, Gregorii Nazāzeni, Ambrosii, Basili, Chrysostomi, Hieronymi, Maximi, Seueriani, Augustini, Fulgentii, Gregorii papæ, Isidori, Bedæ, Rabani, Albini, Haymonis, Petri Damiani, Anselmi, Bernardi, aliorumq̄ ueterū sanctissimorum patrū homilias atq̄ sermones, & nō inuenies aliud in eis quā Christi doctrinā ueram, solidā, purā, & ab omni fermēto gētilium traditionū alienā. Non ibi allegat peripateticus ille Aristoteles, nō Porphyrius apostata, nō Plato, non Auerois, nō Cicero, non deniq̄ ex reliqua cohorte gentiliū quisquā, sed ipsa dūtaxat Dei Patris sapiētia Christus Iesus, ipsiusq̄ summa ueritatis Apostoli, sancti patriarchæ atq̄ prophætæ. Indignū plane, meo iudicio gen<sup>9</sup> docēdi, ut ī schola Christi, quasi predictorū spiritus sancti cōfirmatiōe, illorū audiatur nomina recitari, quorū spiritus absq̄ ambiguitatē à Christo penitus sunt alieni. Non enim cognouerūt Dei sapiētiā ipsius mūdi sapiētes, & pro

& propterea in suis uanitatibus turpiter euauerat. Sunt inter  
 Christianos alioquin scioli, qui nimia temeritate presumptuosi,  
 audent confirmare Socrate philosophum, tam in uita quam in morte atque *Socrates im-*  
 doctrina, Saluatori nostro praestitisse figuram, comparationem illius *pie confer-*  
 ad Christum facientes nimis absurdam, praeteruam, & Christianis auri- *tur cum Chris-*  
 bus nullatenus tolerandam, quasi a cultura idolorum fuerit alienus, *||o.*  
 qui iam moriturus, ut Plato in Phaedone meminit, ultimam uerbo-  
 rum suorum tale dixit. O Crito, Aesculapio gallum debemus, quem red-  
 dite, neque negligatis. Sed esto quod nullus mortalium nouerit con-  
 silium Domini, neque per hoc rationum uirorum certa possit a nobis in  
 medium afferri datione, maxime qui Christi saluatoris nostri na-  
 tiuitate in carne praecesserunt, quae sermonum Dei concionatorum  
 impellit necessitas, ut in Ecclesia sancta, quae Christianorum est  
 schola, uerba gentium & Christum ignorantium philosophorum, cum do-  
 ctrina intermisceretur summae ueritatis, cum sacra nobis scriptura ad  
 Christianam institutionem uitae abunde sufficiat, nec opus sit aliunde  
 quicquam mutuare. Stultus autem est omnis praedicator, si doctrinam  
 Christi gentium dictis philosophorum existimat decorandam, de qua  
 sanctus propheta cecinit dicens. Lex Domini immaculata conuertens *Psal. 110.*  
 animas testimonium Domini fidele sapientis praestans paruulis. Et iterum.  
 Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum *Psal. 111.*  
 terra, purgatum septuplum. Ipse quoque dominus noster Iesus Christus in Eu-  
 gelio κατὰ Ioannem dicit: Verba quae ego locutus sum uobis, spiritus & *Ioannis. 6.*  
 uita sunt. Quae ergo conuertio mortis ad uitam, aut quae comparatio  
 lucis ad tenebras? Si uerba Christi spiritus sunt & uita, profecto non  
 sunt eis uerba non in Domino mortuorum commiscenda. Sed audi quod Fir-  
 mianus dicat Lactantius. Diuina, inquit, eruditio dialecticam, in qua  
 omnis loquendi ratio continetur, non desiderat, quia non in lingua sed in  
 corde sapientia est: nec interest qualiter utare sermone ubi res quae rursus  
 non uerba, Et nos non de grammatico aut oratore, quorum scientia est

quomodo loqui deceat, sed de sapiēte differimus cuius doctrina est quomodo uiuere oporteat. Quòd si neq; physica illa ratio nec effaria est, adhæc neq; logica, quia beatū facere nō possunt, restat ut in sola ethica totius philosophiæ uis contineat, ad quam se abiectis omnibus Socrates cōtulisse dicitur, in qua etiā parte quoniā philosophi errauerūt, q̄ summū bonū cuius cupiēdi gratia generati sunt, nō cōprehēderūt. Apparet ergo fallam esse & inanem omnē philosophiā gentilium, & ob id sacris Christi doctrinis nullatenus cōmiscendam, quia nec instruit ad iusticiæ munera, nec officiū hoīs rationesq; cōfirmat.

*Lex & Euāgelii populo proponi debent.*

Concionatoris autem in Dei Ecclesia constituti officium est, legem & doctrinam Domini nostri saluatoris Iesu Christi populo fideliter proponere, compunctionem & deuotionē mentibus auditorum inculcare, eosq; ad iusticiæ obseruantiam, & internum Dei amorem totis uiribus inflammare. Hoc autem fieri aliter quàm doctrina Christi non potest, quia sanctus dei spiritus gratiæ suæ dona nō influit, ubi non Christi uerba, sed gentilium stulticiam offendit. Non legimus quempiam nostrorum ex sermone gentilium philosophorū testimoniis cōfirmato, gratiam recepisse spiritus sancti, aut internæ cōpunctionis unquam sensisse suspiria. Sua enim Dei spiritus sœcundare semina consuevit non aliena: suos Dei Filius uirtutis infusione confirmat sermones, non philosophorum gentilium uaniloquia. O priscorum secula patrum aurea, quando spiri-

*Sæcūlī patres prædicauerunt etiā legem & Euāgelium.*

tus sanctus per eos sua uerba loquebatur ad populum, non illi propria uel aliena, quia tunc reuera mentibus auditorum gratiam suā contulit, quando sua in eis semina proiecta non gentilium agnouit. Sancti etenim prædicatores, diuini spiritus inspiratione ardentes, uerba ad populum Dei cū humili sinceritate loquebantur ignita, quorum illi ardore succensi ad omnem

nem mandatorum Christi obseruantiam uoluntarii reddebantur atq; fortissimi. Verba tūc quidem prædicatorū gratia spiritus ignita, mentes & corda populorū paruere flamman tia, egitq; tū miseratio Dei multa inter Christianos miranda, præstans utrisq; prædicantibus uidelicet simul & audientibus uirtutum oīm incrementa. Ad pœnitentiam subito peccatores conuertebantur, incredibilis gratia compunctionis mentes auditorum imbuuit: amor quoq; Dei feruens candensq; dulciter corda omniū incendit, & terrenorū inducens contemptum ad quarumcunq; tolerantiam tribulationum pro Christi amore fortiter armauit. Erat enim sermo doctorū tunc omnium Christianus, simplex, purus & integer, non gentilium opinione fœdatus, non confusa quorūmallegatione cicatricosus, neq; fabulis, & risum mouentibus uerbis interruptus, aut curiosis inuilibusq; cauillationibus turgidus, seu ad uanā æstimationem prædicantium excogitatus. Horum te patrum imitatore esse decet o K ymolane, qui ueræ amatores sapientiae, non suam sed Christi gloriam, & auditorum utilitatem in omnibus quæsiuerunt. Caue imitator fias eorū qui non Christum prædicant modo Christiano, qui uel gloriā quærunt ab hominibus, uel commodum rei temporalis. Ad ueram te philosophiam, quæ Christum dei uirtutem & sapientiam proficitur, prædicat, amat, laudat, imitaturq; præcinxisti, in eius oportet fideliter dilectione permanere, ut fructum sempiternæ fœlicitatis accipere merearis. Venire autem ad ueram sapientiam nequeunt, qui falsam imitantur. Et quæ nam est sapientia falsa, nisi quæ huius mundi amatoribus esse magna uideēt. Hæc est sapientia mundi, diuino teste Gregorio, cor machinationibus tegere, sensum uerbis uelare, quæ falsa sunt uera ostendere, quæ uera sunt falsa demonstrare. Hanc qui sciunt, cate-

ros superbiendo despiciunt, hanc qui nesciunt subiecti & timidi ipsam in aliis mirantur. Hæc sibi obsequentibus præcipit bonorum temporalium culmina quærere, adepta temporalis gloriæ uanitate gaudere, malum pro iniuriis reddere, huiusque uitæ commoda uehementius amare. Nostra uero sapientia est, ò Kymolane, nil per ostentationem fingere, sensum uerbis aperire, uera ut sunt diligere, falsa deuitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare quàm facere, nullam iniuriæ ultionem quærere, pro ueritate cõtumeliarum lucrum aestimare. Timor autem Domini, sicut ait scriptura, initium sapientiæ est. Beatus homo qui sapientiam inuenerit ueram, & cui prouidentia affluerit Christiana. Melior est acquisitio eius negociatione auri & argenti. Primi & purissimi fructus eius, quia preciosior est cunctis opibus, & omnia quæ desiderantur ei nequeunt comparari. Vera etenim sapientia est, cuius mens illustrata fulgoribus, & uerum quod amet intelligit, & bonum amat quod cognoscit. Exemplum sapientiæ à sole capiamus, ut inter cognitionem & amorem possimus discernere. Sol non omnes calefacit quibus lucet, & sapientia multos quidem docet quid sit faciendum, non tamen continuo accendit omnes, ut bonum uelint opere adimplere quod nouerunt. Nam sicuti aliud est multas scire diuitias, aliud possidere, neque noticia diuitem facit sed possessio diuitiarum, ita multa scire ac sapienter intelligere non uere sapientem facit, si operum exhibitio non sequatur. Omnis enim sapientia nostra in hoc uno consistit, ut cognoscamus Deum, ipsamque rite colentes super omnia, quia summum est bonum, totis uiribus diligamus. Hæc est philosophia Christianorum, hæc sapientia cæta fidelium, ad quam omnes aliæ scientiæ principaliter sunt referendæ. Hæc est consummata sapientia, quam omnes gentiliū

gentilium philosophi in tota sua uita quasiuerunt, nec unquam inuenire, comprehendere, aut tenere potuerunt, quia religionem aut prauam retinuerunt, aut omnem penitus sustulerunt. Quisquis autem huius perfectæ sapientiæ familiaritatem obtinere meruerit, uere sapiens est, eique deinceps quicquid ingenii & laboris poterit libenter impendit: contemptisque omnibus publicis & priuatis actionibus, ad huius se contemplationis studium conuertit. Arbitratur enim nec fallitur certe, multo esse præclarius diuinarum humanarumque rerum inuestigare ac scire rationem, quam perituri studendi opibus, aut uanis accumulandis honoribus inhærere. Quibus rebus, quoniam fragiles terrenæque sunt, & ad solius corporis pertinent cultum, nemo melior effici potest. Neque enim alia sapientia est quam ueritas, in qua tenetur & cernitur summum & incommutabile bonum, quod in nullo est loco, & nusquam deest, quia ubique est totum. Hæc nobis sola philosophandi causa est, beatitudinis desiderium. Est autem mentis nostræ uera beatitudo summi & incommutabilis boni fruitio, quæ ex cognitione & amore ueritatis suboritur. Veram nunc igitur, ò Kymolane, quæramus sapientiam, quæ in sola fide Domini nostri IESV CHRISTI formata consistit, sine cuius cognitione & amore nemo beatus euaserit unquam, sicut S. præsul Augustinus in quodam loco dicit: Nam qui sine saluatore salutem uult habere, & sine uera sapientia quæ est Christus, æstimat se prudentem fieri posse, nõ sanus sed æger, nõ sapiens sed stultus in ægritudine assidua laborabit, & fatuus in tenebris ignorantie permanebit. Ad uerã sapientiã Christus uia est, fides itineris dux, custos intemperata humilitas, decor & indumentum omnium terrenorum contemptus. Ad hæc facer nos Christophilus cohortans ait. Nemo se fratres seducat.

*Sola fides in  
Christum iustificat.*

1. Cor. 3.

Si quis uidetur inter uos sapiēs esse in hoc saeculo, stultus fiat, ut fit sapiēs. Sapiētia enim huius mundi stultitia est apud Deum, & Dei sapiētia cōtemnitur ab his qui gloriātur in sapiētia uanitatis. Bonus Christianus, amator Dei, contēptor mundi, hostis uiciorum & cultor uirtutū, uere sapiēs est, etiāsi omnē mundi sapiētiā penitus ignoret, cui nihil est alienum, nisi quod uirtuti incōgruum. Quocunq; accesserit sua secum omnia fert, & totus mūdus ei possessio est, quoniā eo toto sicut suo utitur. Me tu nō frāgitur, nec potestate mutatur, nō extollitur prosperis, nec tristibus deprimitur. Vbi enim uera sapiētia, ibi uirtus animi, ibi constātia, ibi fortitudo. Sapiēs in Christi amore fundatus semper idem est, nō minuitur, ut Ambrosius ait, neq; augetur mutationibus rerū, nec ut paruulus fluctuat, ut circūferatur omni uēto doctrinā, sed manet perfectus in Christo, fundatus charitate, radicans fide. Sapiēs igitur defectus rerum ignorat, & uarios animi nescit affectus, sed fulget sicut sol iusticiā sine macula corā Deo & hominib<sup>9</sup>. Ut uero tales euadamus, o Kymolane, summa laborādū cura, quoniā maior & miserabilior cura nō est, quā rebus intēdere uanis, terrenis atq; caducis, q̄ animā non solum nihil cōfert boni, sed maximo afficit potius malo. Discamus utilia & necessariā, quorum cognitio beatitudinē repromittit; nec imitemur illos qui necessaria nesciūt, qm̄ superflua didicerūt. Vale. Ex Colonia 22. die Iulii. Anno. 1505.

IOAN. TRIT. IOANNI CANTHERIO

Frisio medicināe doctori salutem.



Vod tibi prospere succedant omnia, ut uero cōgaudemus amico, hoc in primis admonentes, quatenus sic trāseas per bona tēporalia, ut nō amittas aeterna. Accepisti uxorem, nō peccasti, sed tamē uēdidisti libertatem. Res enim uxoriam & philosophādi libertas non se mutuo pati-

untur.



untur in homine uno. Scribis enim : uxorem duxi iuuēculam,  
pulchram, nobilē, & optime morigeratā. A uis rara mulier pul-  
chra, nobilis, & bene morigerata. Et iuxta Euripidē in Medea

ὑπερμεγίστη γίγνεται σωτηρία

“

ὁ τὰν γυνὴ πρὸς ἀνδρα μὴ διχόσάσει.

“

Per maxima, inquit, facta est salus

“

Quando mulier contra uirum non dissentit.

“

Pulchritudo enim mulieribus frequenter consuevit afferre  
superbiam, ex qua ortum dissensio & temeritas contra uirorū  
imperia sumit, sicuti Menander ait:

“

ὑπερφανὸν πρᾶγμα ἔστιν ὄρασα γυνή.

“

Superba res est pulchra mulier. Et alius quidam mu-  
lierum importunam temeritatem pulchre notauit dicens:

ὡς ἔστι γυνὴ χόλος ἔστιν, ἔχει δ' ἀγαθὰς δύο ὥρας

“

τὴν μίαν ἐν θαλάμῳ, τὴν μίαν ἐν θανάτῳ.

“

Omnis mulier ira est, habet autem bonas duas horas

“

Alteram in thalamo, & alteram in morte.

“

Id est, unam quando dormit, & aliam quādo mortua iacet,  
quia neminem lædit, neminem offendit, nec utitur conuiciis.

Vnde est & illud Menandri,

γυνῆκα θάπτειν κρείσσον ἔστιν ἢ γαμεῖν

“

Mulierē inquit, sepelire melius est quam ducere in uxorem. “

Vnde cum difficilimum sit uxorē inuenire bonā, tibi uehe-  
mēter cōgaudemus, talē te reperisse, de qua tibi optima quæq;  
persuadere possis. Reliquum est, ut sanctus Christophilus ait,  
qui habet uxores, tanquā non habentes sint, quia præterit figu-  
ra huius mundi, & nihil inter mortales diuturnum. Ea quæ cir-  
ca nos anno priore gesta sunt in Repub. malā, nostris absq; du-  
bio peccatis exigētibus, tibi breuiter ut poterimus, in quantū  
notos tibi cōcernunt siue amicos, intimare operæ precii affi-


Belli *Bauar-*  
*rici crudelitas.*

maimus. Anno Christianorum proxime transacto, uidelicet millesimo quingentesimo quarto, in mēse Maio, multi Germaniae principes iubente Maximiliano Rege nostro cōspirantes aduersum Philippum Comitē Palatinum Bauariaeque ducem, & Romani Electorē imperii, grauisima in rem eius publicam, tam hic in nostro circuiu, quam in Bauaria bella gesserūt. Inter Vuormatiam & Creutzēnach, simul & ab alia parte Rēni, quicquid sub ditione fuit Palatini extra ciuitates & castella, Hassonibus in praedam celsit, qui nulli parcentes uillas cum ecclesiis & multis & pulcherrimis pene omnes in circuiu ignibus consumperunt. Nostri quoque monasterii cortes siue grāgiae meliores, & pene omnes, de quibus omnē substantiā nostrā habere cōsueuimus, aut perierūt, aut Hassonum incursum penitus desolatae sunt. Maxima ratiōe huius belli sustinimus incōmoda, quibus in ultimā penē cōpulsus sumus egestatē. Monasterium illud insigne Lymphurg, in quo tu quondā docendi munus pegisti, tricesima die mensis Augusti anni praescripti iniectioe ignis per satellites Comitis Duroburgii cōbustum est & penitus desolatū. Per cōtinuos enim dies duodecim durauit incēdiū, exeuntibus quotidie ministris Duroburgium, & semper nouū, ne quid remaneret ignē supponētibus. Ecclesia cum omnibus altaribus, cāpanis, atque picturis funditus exusta est. Et breui cōplectar ut omnia, domus uniuersa cum omnibus structuris eo incendio in fauillam redactae sunt, & praeter lapides nihil omnino remāsit. Abbas hic in Colonia est, qui regis contra Comitem implorat auxilium, sed necdum obtinuit quicquā. Monachi uero eius hinc inde ad diuersa cōnobia propter inopiam dispersi sunt. Rogerius noster adhuc uiuit sanus suoque philosophatur more, cuius monasterium manet integrum, quāuis incommoda quoque suscepit multa. Mei quoque

cœno

coenobii fratres, ex eo tempore quo tu nobiscum fuisti, plures  
 uita sunt defuncti, quosdā etiam pellente inopia, quam nobis  
 tribulatio memorata induxit, ad alia monasteria misimus, ita  
 q̄ in loco iam pauci remanserunt. Sed nec mihi peperit liuor  
 hominum impiorum, quē propterea persequuntur, q̄ Palati-  
 ni principis ac defensoris mei partibus necessario adhaeserim.  
 Sed Dominus Iesus qui nouit omnia priusq̄ fiat, ipse mihi erit  
 adiutor, & non timebo quid faciat mihi homo. Vale sanus. Ex  
 Colonia 24. die mensis Iulii. Anno 1505.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI,  
 domino & maiori suo Ioanni Tritemio Abbati Span-  
 hemēsi, humilis Christi famula Richmodis de  
 Hoerst, pauperū fororū Deo famulatiū in  
 Sebach ministra inutilis, cū oratio-  
 nib⁹ cōtinuis aeternā precā salutē.

 Vdio te, pater mihi semper in Christo Reuerende,  
 gratiā multorum habere principū, & maxime Do-  
 mini Archiepiscopi Colonienſis, quod etiam diu  
 antea cognoui, unde cōpulsā necessitate humilima te suppli-  
 catione precor unā cum fororibus meis uniuersis, ut nostri me-  
 mor esse digneris pauperū filiarum tuarū, quas lacte cœlestis  
 doctrinæ pascere consueuisti. Duro enim & importabili iugo  
 Comitum premimur, & seruitute cōtinua cōtra iusticiā in ulti-  
 mā deducimur paupertatē. Duodecim ante hac uicibus in an-  
 no tantū & uindemiali tēpore solū currū patri eius cum equis  
 tribus mittere ad seruiendū cōsueuimus, nunc autē ad eius im-  
 peritū, bis aut ter in qualibet pene hebdomada currū à nobis  
 cū quatuor equis ad seruiendū exigit, & hoc nostris expēsis, imō  
 uiolēter cōpellit familiā nostrā carcerē minitās & necē. Diem à  
 die nō discernit, nec alicuius festi reuerentiā custodit, sed i cen-

fituêdo castello suo circa nos Duroburgio, tã festis q̄ aliis diebus indifferêter homines fatigâtur simul atq; iumêta. Nam in festo dominicæ Ascensionis, Pentecostes quoq; Trinitatis, Corporis Christi, dominicis, & cæteris quibuscûq; operarios semp̄ habet in muris. Nouit paternitas tua nostram paupertatē, & n̄ mis exilē fore substantiã temporalē, qua tantã personarũ Deo famulãtium multitudinē diutius alienis grauata seruitiis enutrire nequaquã sufficimus, nisi de remedio nobis fuerit prouisum. Rogamus ergo flexis in terrã genibus omnes, ut si tuã uideatur paternitati cõsultum, ad Archiepiscopũ Coloniensem pro nobis loquaris uerbum aliquod bonum, & in utilitatē nostram cõducibile, quatenus ipse pro nobis ad Comitē interueniat, suaq; intercessione tam graue iugum Pharaonis à nostris ceruicib9 soluere, uel mitigare saltē aliquatenus procuret. Mitto cum harum baiulo literarum procuratorium in causa mea cum fratre, sicuti mihi præcepisti. Tu precor cætera sic ordinare uelis, ut paterna mea hæreditare nō priuer penitus. Vale feliciter. Data ex Sebach, Anno 1505. Iulii mensis die 24.

## IOANNES TRIT. ABBAS SPAN:

Rogero Sycambro fratri dulciss. S.

**D**ile mensis Iulii huius 18. mane circa decimam horã Serenissimus Monarcha noster Maximilianus Romanorum Rex Coloniã armatus exiit cum principibus multis, in tuos expeditionē acturus Sycambros. Nauigio per Renum descēderunt armati omnes, acie uersus Arnhem Gelensium tuorum oppidum in primis dirigentes, quod regius iam dudum exercitus dura obsidione uallauerat. Erant autem qui cum Rege nauibus descēderant isti principes cum ministerialibus suis. Ioachim Brandēburgensium Marchio princeps meus Elektor, Fridericus Marchio patruus eius qui moratur

ratur in Anholtzbach. Lodouicus primogenit⁹ Philippi Comitis Palatini Bauariæq; ducis, Principis nostri electoris. Fridericus Saxonum dux princeps Elector. Ioannes frater eius Saxoniae dux. Georgius dux Saxoniae. Itē dux Magnopolitanus: Dux Brunsvicēsis. Dux Luneburgensis. Dux Iuliacēsis. Comes Hassonū, & multi alii principes, duces & comites, quorum nō obseruauī nomina. Venientes ad Arnhom statim oppidani se regi tradiderunt, percussiq; metu Sycambri omnes in deditiōnem Regi Maximiliano iurauerunt. Sed & dux ipse Gellensium cōditiones regias acceptauit, & reddita est pax in terra hominibus diutius interrupta. Die uero Iulii 28. reuersus ad Coloniam Rex una cum principibus, eodem quo exierat ordine & apparatu intrauit. Postera die omnes per totam Coloniam pullabantur campana in multam horam, pacis & concordiae congratulationis causa. Hæc sunt cum tuis acta Sycambri, quorum te nolui latere seriem. Sunt autē complures qui non credant seruatuos Regi promissa Sycambros, propterea quōd sit gens facile iuramēta contemnens, & semper ad noua promptula nimis. Inter Archiepiscopum uero & ciues Colonienses, adhuc non constat aliqua concordia facta, quāuis pluries fuerit tētata. Hæc sunt Rogeri quæ hac uice nobis scribenda uidebantur. Nos etiam propediem literas ipsas Ncometini subsequemur. Vale & ora pro nobis. E Colonia 29. die mensis Iulii Anno Christianorum 1505.

IOAN. TRITE. AB. SPANHEMEN.

Ioanni Capellerio mathematico S.

**D**ies iam instant mei à Colonia recessus, quo circa si uenire ad nos piget, uale. Hodie mane serenissimus princeps meus Ioachim Marchio Brandenburgensium Coloniam exiuit, per Vuestphaliam & Saxoniam reuer-

farus in sua. Quem ego post triduum subsecuturus sum expeditis  
 prius in Cancellaria regia quibusdam litens & negociis personam  
 meam concernentibus. Rogamus itaque si fieri potest, ut priusquam  
 hinc abeamus, ad huc semel nos inuisis, quatenus nos mutuo  
 ualedicere in charitate fraterna possimus, maxime cum sciamus  
 minime, an deinceps unquam nos mutuo uidebimus in carnali  
 uisione. Sum enim iturus in Marchiam Brandeburgensium, incer-  
 tus omnino de reditu, propterea uel maxime, quod contumelias æ-  
 mulorum grauius nimium offensus redire ad Spanheim non facile  
 me sciam posse persuaderi: quamuis si uellent in promptu essent con-  
 plures, qui has contumelias insigni uindicta uindicaret. Ego uero  
 mihi dudum persuasi preceptis obediendum dominicis, & iniurias  
 non esse uindicandas: quin illud apostolis dictum a Domino Iesu po-  
 tius imitabor: si uos in una ciuitate persecuti fuerint, fugite in aliam.  
 Maior enim cura nobis habenda est de anima quam de corpore, se-  
 cundum quam ad imaginem Dei facti sumus. Dicit namque S. Iohannes E-  
 piscopus. Si animam negligamus, nec corpus saluare poterimus.  
 Non enim anima pro corpore, sed corpus pro anima factum est.  
 Qui ergo quod primum est negligit, & quod inferius est tollit, utrum  
 que corrumpit. Qui uero ordinem seruat, & quod primum est colit,  
 etiam si negligat quod secundum est, tamen per primi salutem seruat  
 & secundum. Cur admodum ergo nobis ut animam habeamus sanam, pul-  
 chram & incolumem potius quam corpus. Pulchritudinis autem in facie  
 specimen relucet, a qua totum iudicare hominem consueuimus. Ani-  
 mæ uero facies conscientia est. Sicut ergo in conspectu hominum gra-  
 tiosa est facies pulchra, sic in oculis Dei speciosa est conscientia mu-  
 da. Valet enim interdum homini pro salute animæ mutatio loci,  
 ut facies quæ nescientibus ex familiaritate non placuit, in alio lo-  
 co ex nouitate pulchrior euadat. Plerumque enim cum mutat locus,  
 mutat & mentis affectus. Et quamquam propria me culpa non mo-  
 ueat.

Matth. 10.

Anima pluri  
 facienda est  
 quam cor-  
 pus.

ueat mutare locū, sed inuidia potius aliena, cedo tamē eo libē-  
tius quo minus alicui sum affixus loco. Scio enim ubiq; terrarū  
regnare unū Dominū, sub cuius militabo imperio ubiq; fue-  
ro. Epistolā nostrā amice collaudas, quam tibi ante dies ferme  
duodecim misim⁹, eamq; miris uolēs ornare ꝑconiis, oraculo  
de lapsum Apollinis asseuerasti. Intelligimus te uerbo quidē gē-  
tili nostrū uoluisse denotare Iesum, qui solus cū Patre & sctō spū  
cōlo præsidet alto, cuius tā est immēsa dignitas, & incōprehē-  
sibilis maiestas, ut nihil ei queat ex omnibus comparari. Cauē  
deinceps, o Capellerie noster amice precamur, ne huic sum-  
mæ & inaccessibili maiestati nomen aliud tribuas, quā dare  
Christiana religio cōsueuit. Valde nāq; putamus indignū, pol-  
luta idolorū noīa, quæ dei nō fuerūt, summo attribuere Deo,  
& spurcissimis gētiliū uocabulis diuinā cōpellare substantiā. Nus-  
quā reperies in tota serie scripturarū, uerū Deū quē colimus &  
adoramus falsorū sibi nomina desumpsisse deorū, sēq; Iouē aut  
Apollinē, aut ceterarū quicquā appellauisse uanitatū. Non de-  
sunt nobis honestissima sanctissimaq; in scripturis sacris uoca-  
bula, quibus innominabilē illā, & superdiuinā cū sobrietate pos-  
simus uocib⁹ denotare maiestati. Non est opus, neq; licet, neq;  
cōuenit, nominibus dæmonū falsorūmq; deorum uocabulis,  
uerā inter nos creatoris uniuersorum exprimere diuinitatem.  
Si recte scripsimus, si dignā laudibus epistolam misimus, uerus  
Deus contulit non Apollo, Iesus Christus dedit, & nō aliunde  
uenit. Scripsimus à ueritate illuminati uera, quib⁹ auocare mē-  
tē tuam cupimus à terrenis, caducis atq; transitoriis, ut ad  
uerā te philosophiā cōferas, quæ maxime decet nos Christia-  
nos, per quā solā peruenire poterimus ad æternæ beatitudinis  
felicitatem, quæ est summum bonum & ultimus finis creaturæ  
rationalis. Quicquid enim in mundo cernimus corruptibile

*Deo nō sunt  
tribuēda im-  
pia deorū gē-  
tiliū appella-  
tiones.*

est, quicquid habemus trāsitoriū est, corpus quoq; ipsum quod uiuimus mortale, sola mēs nostra qua uiuimus est immortalis.

- » Dixit enim quondā Cenomanensis episcopus. Cuncta sub an-
- » cipiti pendēt mortalia casu. Et spōdent propria mobilitate fu-
- » gā. Quicqd habes hodie, cras te fortasse relinquet. Aut modo
- » dum loqueris desinit esse tuum. Denique omnes morimur, sa-

era testāte scriptura, & quasi aqua in terrā delabimur, quæ amplius non reuertitur. Vnus enim introitus est omnibus ad uitam, & similis exitus. Memores ergo nos semper esse cōuenit, quoniā statutū est hominibus mori semel: & quia mors nō tardat, sed quando putatur minime, tunc in foribus adstat. Propterea Dominus noster Iesus Christus uolens nos ad mortem semper esse paratos in sancto Euangelio præcipit dicens. Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus uester uenturus sit. In eo nobis statu uiuendum est semper, in quo mori optamus: quoniam mala mors putanda non est, quam bona uita præcessit. Neq; enim facit malam mortem quod sequitur mortem, sed uita mala quæ mortem præcessit ipsam facit malam. Non itaque multum nobis curandum est alioquin necessitate morituris, quid accidat ut moriamur, sed hoc ante omnia curandum potius, ut sic uita ordinetur in operibus bonis uirtutum decorata ornatu, quæ mortem non sinat esse malam. Quāuis mors non possit esse mala, quæ nihil est aliud q̄ relictio corporis, depositio sarcinæ grauis, & de labore ad requiē uia. Male aut mori nūquā poterit, qui bene uixit in charitate Domini radicat⁹,

*Matthæi 24.*

*Mortem non esse malam.*

*Mors est triplex.*

*Hebræo. 9.*

etiāsi ab hominibus aliud de illo fuerit iudicatū. Est autē mors triplex. Naturæ uidelicet, de qua dixit sanctus Christophilus. Statutum est hominibus semel mori. Et hæc mors nō est metuenda fortibus, desyderanda potius in Christi philosophia sapientibus, & miseris expectāda. De qua est illud egregie dictum.



θάνατος μὴ ἔστι τέλος τινός τῆς σκοτεινῆς ἑρμητικῆς τῆς μάλα  
 ψυχῆς ἰσχύος. ἄλλοις δὲ λύπη, ὡς ἐν τῷ πᾶσι τῶν φον  
 τισ. γινώσκειν ἴσθαι θάνατοι. θάνατος μὴ ἴσθαι, ὡς ἐν τῷ πᾶσι τῶν διχῶ  
 εἰζουσι θελοσφουῖντες, οὐδὲν ἔστιν ἄλλο εἰμὴ τὸ τέλος τῶν ἐν  
 θάλασσε κακῶν. Mors inquit, est finis cuiusdam tenebrosi carceris,

maxime animis excellentibus. Aliis autem tristitia, quorum  
 in uoluptate cura eorū nunc omnis. Euademus enim immor  
 tales. Nam mors, sicut omnes affirmant philosophantes, ni  
 hil est aliud nisi finis omnium hic malorū. Secunda est mors  
 culpæ, de qua scriptum est. A nima quæ peccauerit, ipsa mor  
 rietur. Et iterum. Mors peccatorum pessima, quorum & nati  
 uitas mala, & uita peior secuta est. Hanc mortem ὁ θεὸς τὸ  
 μεμασ, quæ non solum corpus interimit, sed animam æter  
 nis doloribus transmittit. Tertia uero mors est gratiæ saluta  
 ris, quæ sæcularium interitum aufert uoluptatum, in qua  
 non natura sed delicta moriuntur. Hæc est mors salutaris,  
 qua in Christo baptizati renascimur, & cum ipso gratiose  
 in domino sepelimur. Mors igitur prima cunctis est sapienti  
 tibus contemnenda, secunda omnibus est mortalibus detestan  
 da, tertia uniuersis est Christianis maxime exoptanda. Illi ex  
 go miseri sunt, & merito deplorandi, qui morte moriuntur se  
 cunda, quos infernus ex hac uita recipit in æternum crucian  
 dos, non illi quos aula cœlestis in perpetuū suscipit lætifican  
 dos. Preciosa enim in conspectu Domini mors sanctorū eius.  
 Et uere preciosa, per quam & laborum finis optatus aderit, da  
 turque uictoriæ conseruatio, & aperitur ianua uitæ & perfectæ se  
 cutitatis ingressio conceditur. Mortis autem qualitas ex uitæ  
 merito dependet, & sicut ipsa uita bona est si cum uirtute uiua  
 tur, mala si cum scelere, sic & mors ex præteritis uitæ actibus  
 ponderanda. Ita fit, ut si uita in dei amore & cognitione uerita

Psal. 119.

tis transacta sit, mors mala esse non possit, quia transitio est  
 ad immortalitatem. Si aliter uita extitit, malam esse mortem ne-  
 cesse sit, quonia ad aeterna supplicia transmittit. Mors timen-  
 da cunctis qui in lege domini non sapienter ambulantes, terre-  
 na coelestibus, & caduca fuerunt aeternis. O miseris nos, o in-  
 felices, quid necessario faciemus morituri, qui propterea ma-  
 xime mortem ex pauescimus communem, quia malorum nobis con-  
 scii timemus iudicis sententiam quam offendimus. Oibus enim uitam  
 in terra ducentibus necesse est mori. Sed nunc o tu, uel sero tan-  
 dem cogitantes nos prope iam morituros, uitam emendemus, ita  
 mortem timentes, ut prius quam ueniat peccatis moriamur. Non  
 enim timebimus mortem carnis, si mortificatis uicis in amore dei  
 uixerimus per sancta opera pietatis. Quis nam mortem metuat  
 temporalem, cui pro iusticiae merito uita aeterna, promittitur? Mortis  
 tamen nostrae ad finem urgentis uitam nunquam debemus obliuisci, quam  
 qui se quotidie recordatur ex necessitate moriturum, facile contem-  
 nit praesentia, & in futurorum speculatione assurgit. Vana enim  
 sunt omnia quae in mundo cernimus, & nihil eorum nobiscum  
 morituri possumus auferre: nec aliter exhibimus mundum istum  
 quam intrauimus, nudi, pauperes, egeni, nihil omnino possi-  
 dentes, praeter id solum quod in carne gessimus, siue bonum  
 sit siue malum, dicente ad Ioannem  $\chi\rho\iota\varsigma\ \delta\ \omega\epsilon\lambda\omicron\nu$  dei nuncio. Scri-  
 be beati mortui qui in domino moriuntur, quoniam opera eor-  
 um sequuntur illos. A modo iam dicit spiritus ut requiescant  
 a laboribus suis. Cauemus amice ne peiores moriamur quam na-  
 ti sumus, ne peccatis & sceleribus onusti & deprauati mundum  
 egrediemur, qui sine actuali peccato intrauimus.  $\Delta\iota\ \alpha\ \omega\upsilon\tau\ \mu\omicron\upsilon$   
 $\lambda\epsilon\gamma\epsilon\iota\ \delta\ \acute{\alpha}\gamma\iota\omicron\varsigma\ \acute{\alpha}\beta\theta\alpha\ \mu\acute{\alpha}\xi\iota\mu\omicron\varsigma$ .  $\text{Επιστέτω μὲν ὁ ἄγιος τῆς καρδίας}$   
 $\text{ἡμῶν, ἢ ἵνα τι ἀποχρύμῃται ἀδελφοί, καθαρὸν ἔωμεν χεῖρας οἱ ἅμεις}$   
 $\text{τῶλοι, ἀγνώσωμεν τὰς καρδίας ἡμῶν οἱ εὐτυχιοί, ταλαπερίσω}$   
 $\text{μεν. } \text{C}$

8 p. ca. 14.

μέν **Ϟ** πενθήσωμεν, ἢ κλαύσωμεν δὲ τὰς ἀμνηστίας ἡμῶν. Πανσῶ  
 μήτα τῶν πονηριῶν ἡμῶν, πισύσωμεν τὰς ἐπαγγελίας **Ϟ** κυρίας. Φο  
 βίσωμεν τὰς ἀπειλὰς αὐτοῦ. ἄρα πησωμεν ἀχλὺς δὲ ὕλησ καρ  
 δίας. εἴπωμεν ἀελαφοὶ ἡμῶν **Ϟ** τοῖσμισοῦν ἡμᾶς **Ϟ** ἐσελιγομέ  
 νοίς, ἵνα εὖ ὀνομακυσθῶμεν δὲ ἀφ᾽ ἡ, ἢ ὠφθῆ δὲ φροσύνη αὐτοῦ, δῶμεν συγ  
 γνώμην ἀχλὺς, δὲ ἀχλὺς πειραζόμενοι, ὡς πάντες ἔποκοινοῦ  
 ἔχρουσὺ πολέμουμοι. αὐτισῶμεν τοῖσ λογιμοῖσ ἡμῶν, ἐν θεῶν εἰς  
 συμμαχίαν ἐπικαλούμενοι. ἢ φυγαδεύωμεν δὲ ἡμῶν τὰ ἀκαθάρτα  
 πονηρὰ πνεύματα. ἔποτάζωμεν τὴν σάρκα **Ϟ** πνεύματι, ἔπο  
 πάζοντες ἢ δουλαρχῶντες δὲ πάσης κακοπαθείας καθαρίσωμεν  
 ἐαυτῶν ἀπὸ πανθῶσ μολυσμῶν **Ϟ** πνεύμαρσ, διοχίρωμεν ἀλ  
 λήλῶσ εἰς πῆξεσμον ἀγάπῃς ἢ καλῶν ἐργῶν. μὴ φθονήσωμεν ἀχλὺ  
 λῶσ, μὴ δὲ φθονούμενοι ἀγρωθῶμεν, συμπαθήσωμεν ἢ μάλλον, ἢ τὰς  
 πενοφροσύνης ἀχλὺς ἰασώμεθα. μὴ καταλαλώμεν ἀχλὺ λους,  
 μὴ ἢ σκότωμεν ἀχλὺ λων, ὅτι ἐσμέν ἀχλὺ λων μέλη. ἀποκαλώμεν  
 ἀφ᾽ ἡμῶν τὴν ἀμέλειαν ἢ τὴν βραδυμίαν, καὶ σῶμεν ἀνδρῶσ κατὰ **Ϟ**  
 πνευμάτων τῆσ πονηρίας, ἀγανίζόμενοι, ἢ ἔχωμεν παρὰ κληρὶν ἰ  
 σῶν χριστῶν δίκαιων πῆσ ἐν πατέρα. ἢ αὐθῶσ ἰλασμός ὅσιν πῶλ **Ϟ**  
 ἀμαρτιῶν ἡμῶν, ὡς χριστόφιλος ἐλεγε ἀπόστολος. ἢ δεκτῶμεν αὐ  
 τῶν ἐγκαθαρῶν **Ϟ** δὲ δὲ ὕλησ **Ϟ** τυχῆσ ἡμῶν. ἢ ἀφίησιν ἡμῖν τὰς ἀμνη  
 στίας ἡμῶν, ὅτι ἐγγὺς κύελοσ πᾶσι τοῖσ ἐπικαλημένοισ αὐθῶν ἐν ἀπ  
 θεία. θέλημα **Ϟ** φοβημένων αὐθῶν ποιήσει, ἢ τῶσ δέστωσ αὐτῶν εἰθεκού  
 σετῶ, καὶ σώσει αὐθῶ. δὲ ὁ μὲν λέγει. θύσον **Ϟ** θεῶ θυσίαν ἀνέστωσ  
 ἢ ἀπόδοσ **Ϟ** ὑπίσω τὰς βιχὰς σου. ἢ ἐπικάλεσαι με φησὶν ὁ κύε  
 οσ ἐν ἡμέρῃσ θλίψεωσ σου, ἢ ἐξελοῦμαι σέ, καὶ δεξάσεισ με, καὶ τὰ  
 λείπα. Hanc Maximi patris lucidissimam exhortationem si  
 nunquam obliuioni concesserimus, sed tenaci eam memoria  
 retinentes opere adimplere curauerimus, mortem securi expe  
 ctabimus. A biicamus a nobis, precor, stulticiam perniciosam,  
 que spem uitae longioris promittens multos turpiter decipit.

Quotidie senescētes morimur, quotidie una pars uitae nostrae non parua horarum quatuor & uiginti nobis non aduertentibus minuitur, & uitam nobis diurnā pollicemur. Sicuti homines in nauigando siue stent siue sedeant, iaceantue, siue dormiant, siue uigilent, seu aliud quodcunq; faciant, dum nauis pergere non cessat paulatim & quasi non sentientes cum nauis ducuntur ad terminum quod fuerat nauigandum: ita & nos ο *Μαλὸςίε*, siue uigilantes siue dormientes, siue iacentes siue ambulantes, siue deniq; uolētes, per momenta temporum singula quotidie ad finem ducimur non cogitantes. Spes nobis pollicemur inanes & deceptione plenas, cū uiuere in annos plurimos, necessario tamē aliquādo morituri, cogitamus. Quid enim si multo uixerimus tempore, nunquid propterea non moriemur? Inter eum qui triginta uixerit annos, & illum qui centum, postquam idem finis uiuendi aduenerit irrefragabilis mortis, dic mihi ο *Philobie*, cuius meliorem credis esse conditionē? Ambo nati fuerunt ambo uixerūt, licet nō paribus annis, ambo mortui sunt. An nō legisti senariū *Menādri* dicētis.

» ὄν ᾧ *Μαλὸςίε* θεός, ἀποθνήσκει νεός.

» Quem enim diligit Deus, moritur iuuenis.

» Mors hominū fœlix (*Boetius* ait) q̄ se nec dulcibus annis

» Inferit, & mœstis saepe uocata uenit

*Duo sunt  
quae mortem  
in senibus fa-  
ciunt acer-  
bam.*

Duo sunt quae mortem in senibus frequenter reddunt exitu iuuenum infeliciores. Alterum est q̄ moriens senex grauiore peccatorū onere proficiscit: iuuenis uero tanto minus peccare potuit, quanto breuiori tempore uixit. Nam, ut *Seneca* dicit, inquietant nobis uitam facinus metu mortis, & tanta est hominum dementia, ut quodam timore mortis cogantur ad mortem. Nihil ergo refert quo tempore moriamur, sed summopere curandū est, ut bene mori cōtingat. Bene autem morie-

moriemur si bene uixerimus, nō secundum carnē ambulātes,  
 sed secundum spiritum. Dicit enim sanctus Apostolus. Πνεύματι  
 πωδὲ πατῶμεν, ἢ ὡς διθυμίου θεοῦ οὐ μὴ τελείσωμεν. Spiritu  
 ambulemus, & desyderia carnīs nō perficiemus. Quocirca de-  
 seramus omnia quæ in mundo sunt, nihil plusquā ad sustenta-  
 tionem corporis necessarium est, & hoc ipsum uix extremum  
 quærentes, ut liberi & expediti sinē nostrum quotidie imminē-  
 tem expectare ualeamus. Tacitis enim senescimus annis, & no-  
 bis etiam crescentibus uita paulatim decrescit. Infantia amisi-  
 mus, deinde puericiam, deinde perit etia adolescentia. Iuuen-  
 tus quoq; uelociter trāsuit, & quicquid trāsuit uita nostra tē-  
 pus totū perit, nec reuocari potest. Quod reliquum est tēpo-  
 ris, nec ulla certitudo est, nec subsistēdi momentū, quin & hūc  
 ipsum quem agimus diem cū morte diuidimus. Ad quid ergo  
 homines, cum se non ignorent esse mortales, tantopere colli-  
 gendis perituris diuitiis incumbunt, quas morientes auferre  
 secum non posse sciunt? Natura paucis potest esse contenta,  
 quia medium diligens horret extrema, sicut pulchre prudent-  
 terq; in carmine græcus Pallades dixit:

ἡ μεσότης ἴδ' ἀεισση, ἐπεὶ τὰ μὴ ἀκρὰ σέφικε cc  
 κινδύνης ἐπάγειν, ἔχατα δ' ὑβερνεύουσι. cc

Mediocritas enim optimū quid, quoniā summa quidē apta  
 sunt pericula inducere, extrema uero cōtumeliā habent. Erua-  
 mus ergo mētes nostras à cunctis mundi cupiditatibus, & dese-  
 ramus uia perditionis & fraudis, ut quāto iam annis in senectu-  
 tem uergentibus appropinquare cernimus illū diē, quo sit ne-  
 cessario ex hac uita migrādum, cogitamus q̄ puri discedamus,  
 q̄ innocētes ad iudicium ueniamus. Nec imitemur illos qui sce-  
 leribus assueti, iam deficientibus corporis uiribus, cum se hinc  
 breui transituros recordari debuissent, grauioribus se peccatis

immergunt, ut qui in iuuentute fuerant lasciuī, senes iam non immerito dicantur furiosi. Excutiat à se omnem colligationē mundi, carnis & diaboli unusquisque, dum sibi licet, dum adest facultas, seque ad Deum tota mente conuertat, ut illum diem securus ualeat expectare, in quo uitam exuet presentem, & aliam assumet. Ante senectutem curet ut bene uiuat: In senectute ut bene moriatur. Vale semper de sine sollicitus. Ex Colonia 31. die Iulii mensis. Anno 1505.

IOANNES TRIT. ABBAS SPAN.

Rogero Sycambro S.



Cias uelim Rogeri charissime, Serenissimum principem Ioachim Brandenburgensium Marchionē precib⁹ obtinuisse à Clarissimo p̄cipe nostro Philippo Comite Palatino, me cōsentiente, ut eum seque in Marchiam aliquanto ibidem tempore mansurus. Ab amicis enim quatuor desyderiū nostri habens, creberrimis me literis & nūciis sollicitauit, cupiens me in suo regno secum aliquādiu habere. Princeps nanque iuuenis est, annum ætatis agens uicissimum secundum, literis competenter institutus, ingenio multum ualens, & qui maximum ad studium literarum habeat affectum. Hactenus autem fieri commode non potuit, ut me tanto absentarem tempore à monasterio meo, sed nunc amulorum inuidia causam dedit, qua me non minus hilariter q̄ libenter absentare quautumlibet possum ire in Marchiam cōsenti, maxime q̄ id ipsum mihi nō solum cōsensit, sed etiam consuluit memoratus serenissimus princeps meus Palatinus. Interea fratres mei forsitan experientur, quid eis cōferat absentia nostra utilitatis, quorū in patrē charitas nimium tepuit, dum resistere nobis absētib⁹ temeritati amulorū potuisset & contempnit. Quarta die mensis Augusti Coloniam exiimus, & in uigilia

uigilia sancti Laurentii martyris Neomctim post uesperas in-  
 trauimus. Marchio auté princeps, assignatis nobis pro uatico  
 sumptibus & seruitotibus tribus ipsa penultima die mensis Ju-  
 lii Coloniam cum suis exiuit, iter agens per Vuestphalam &  
 Saxoniam ad regionem suam. Lympurgensem Abbatem in  
 Colonia dimisimus, & fratrem nostrum magistrum Iacobum  
 Tritemium cum eo, quem uolebamus potius nobiscum duce-  
 re in Marchiam, nisi preces abbatis obstitissent. In causis suis  
 contra aduersarium suum Comitem de Lyningen, cuius mi-  
 nistri cœnobium Lympurgense ut scis ignibus incenderunt,  
 commissarium à regia maiestate obtinuit Iacobum Archiepi-  
 scopum Moguntinum, qui partium allegationibus auditis, te-  
 stibusque si qui fuerint producti examinatis inter eos non iure  
 sed amice tentabit concordiam. Et siquidem res concordare  
 potuerit, bene res acta est, sin uero nequiuerit, quod ego magis  
 credo, totum ad regem negocium cum actis remittet. Impius  
 ille tyrannus Deo & hominibus odibilis Comes, nomine &  
 memoria indignus, consciuum se incendii saeuissimi negat, sed  
 mentitur plane, quoniam apertis conuincetur testimoniis.  
 Subterfugia querit homo diabolo plenus, & ad græcas uide-  
 tur suspirare Calendas. O malum caput inter filios diaboli, si-  
 milior patri, empestes sacrilege, putas ne Dei te uindictam  
 euadere posse? Autoritate propria monasterium cum insigni  
 ecclesia incendi fecisti, ex odio & uindicta, propterea Cano-  
 nis incidisti pœnam quæ ponitur xxiii. questione viii. cap.  
 Pessimam, & membrum es patris tui diaboli merito punien-  
 dus, ut xii. questione ii. Cum deuctissimam, & cap. sequen-  
 ti. Non ignorat omnipotens Deus horrendum scelus tuum,  
 propterea quia breui tempore d. simulat: nec ideo iram iusti  
 iudicis effugies, quod non subito meritas d. d. sti pœnas Len-

te quidem uindicat diuina potestās, sed moram atrocitate supplicii cōpensabit Sed abeat in malā horā homo nullius hominis memoria dignus. Tu autem Rogeri Neometim ad nos uenias oramus quāprimum, multa nobis tecum sunt necessario conferenda, prius q̄ in Marchiā pergāmus. Manebimus autē hic diebus aliquot pro certis nēgociis nostris, quibus expeditis mox ituri sumus. Priori tuo scripsimus, rogantes, ut uenire ad nos tibi concedat, quod, sicuti confidimus, non denegabit. Vale ex Neometi 12. die Augusti anno 1505.

IOAN. TRIT. OPT. DILECTISSIMOq; fratri Ioanni Nutio salutem.



Ondolemus infirmitatibus tuis amantissime frater ex toto corde, & plusq̄ uel dicere possumus, uel literis demandare, cōpatimur, omnipotētis misericordiā humiliter deprecātes, quatenus suā pietatis uiscera super te clementer effundere dignetur, praestētq; tibi in omnibus aduersitatibus tuis pro sui amore patientiā, & internæ suæ dulcedinis sempiternam cōsolationem. Hortaris nos ac supplici deuotione petis, ut ad monasterium nostrum redeamus, futurum non dubitans q̄ breuissime omnes aduersarios in gratiam nobiscū reuerfuros, quippe qui non parum doleant hunc se temeritatis ludum inchoasse, optarēq; omnes reditum nostrum cum desiderio magno. Eadem quæ scribis ab aliis audiimus, nec uera dubitamus, redire autē ad monasteriū hac uice nō possumus. Ituri sumus in Marchiam Brandenburgensem, & ibidem aliquanto tēpore mansuri, in quam peregrinationē serenissimus princeps Comes Palatinus, postulante Marchione Ioachim, non solum cōsensum nobis praebuit, sed etiam ut iremus consilium dedit. Interea uideri dabitur, quid Cynonoti moliantur in nos



in nos, & quantum sacrae faueant religioni, qui inuidia & malignitate armati, me odio principis Palatini absq; causa sunt persecuti. Omnis in me conspirationis amulorum Prior meus fuit conscius, & quid eum mouerit non ignoramus. Credit enim, si nos contumeliis prouocati monasterio cederemus, se nobis in Abbatia successurum. Et reuera utrunq; fieri potest, ut & nos cedamus in breui, & ipse nobis succedat. Hoc enim sumus certissima reuelatione dudum praemoniti, qd in Abbatia Spanhemensi non manebimus usq; ad mortem, quamuis cedendi tempus adhuc ignoremus. Successorem uero nobis nec dum habemus designatum, licet ingessurum se Priorem uerissimiliter possumus suspicari. Sed fiat uoluntas Domini lesu, quae nunquam potest esse iniusta, etiamsi nostris cogitationibus, qui saepe carnem uiuimus, uideatur esse contraria. Vae autem Priori nostro tali ambitionis uitio turgenti, cuius in Abbatia nunquam bonus erit progressus, ad quam introitus fuerit peruersus. Sentiat cum suis Cynonotis quantum uoluerit, ego clementissimi principis Philippi Comitis Palatini non possum partibus non fauere. A amator est enim omnium doctorum uirorum, in omnes pius, mansuetus, ac semper munificus, cuius uirtute Cynonotorum facile propulsarem iniurias, si illum non timerem qui dixit: Mihi uindictam, & ego retribuam. Locum irae potius dabo ad tempus, quousq; temerarios aut perniteat iniuriarum, aut nos quid nobis utiliter sit faciendum cum tempore deliberemus. Omni enim negotio tempus est & oportunitas. Et multa quae fortitudine superari nequeunt, tempore uincuntur. Quemadmodum & Plato dicit

αἰὼν πάντα φέρει, δολιχὸς χρόνος οἶδεν ἀμείβειν  
ὄνομα, Ἐμορφῆν, καὶ φύσιν, ἠδὲ τύχην

Tempus omnia fert, longum tempus nouit mutare

Philippi pri  
cipis Palatini  
laus.

Tempus quā  
tū ualeat in  
rebus huma  
nis.

»  
»  
»

Nomen, & formam, & naturam, & fortunam.

Sed & Sophocles comicus in A iace ueracissime dicit

Πάνθ' ὀμέζασ' χρόνος μαράνη τέ φλίγη

ἄπενθ' ὁ μακρὸς καὶ ναειθμητος χρόνος

Φύει τ' ἀθλήα, φανέντα κρύπτεται.

ἡμέρα κλίνειτε κάνα γὰρ πάλιν ἅπαντα τ' ἀνθρώπεια.

Omnia longo tempore flaccescuntq; cōsumunturq;

Omnia longum & innumerabile tempus

Producit in lucem occulta, & manifeste abscondit.

Dies deprimit & extollit rursus omnia humana.

Si omnipotens me uoluit aduersitate pulsari, quis ego ut contradicā aut quātus ego ut ipso iuuantē patienter nō ferā? Paratus sum ipse, Dominus Iesus nouit, & non sum turbatus, pro gloria eius nominis, pro meis quoq; peccatis, & amore regi cœlestis, non Abbatiam solum, & omnē huius mundi fauorem sponte dimittere, sed etiam extremæ inopiae me subūcere, & addicere mendicitati. Iniurias & contumelias non me ritas à principe Cynonotorū sustinui, quas cū possē in eius retorquere caput, malui amplecti patientiā, quā contra dei uoluntatē suscitare uindictā. Est Deus in cœlo qui uidet iniurias quas patior sine causa, ipse non dubito uindicabit. Omnia enim in lucem faciet tempus, ut ait Menander

ἰδοὺς δὲ βάσανος ἔστιν ἀνθρώποις χρόνος

ἄγει δὲ πρὸς τὴν ἀλήθειαν χρόνος.

χρόνος τὰ πάντα γίγνεται καὶ κτείνεται,

σύμβουλος οὐδεὶς ἔστι βελτίων χρόνου

Meriti autem index est hominibus tempus

Ducit autem deniq; ad lucem ueritatem tempus

Tempore quoq; omnia fiunt & iudicantur

Propterea consiliarius nullus est utilior tempore

Nihil

IOANNIS TRITEMII

Nihil enim longū est qđ finē habet: & aternitati cōparatū  
 omne tēpus breue est. Scio me esse mortalē, & breui necessario  
 moriturum, & p̄pterea cū alterū oporteat, malo iniurias ferre  
 quā facere. Dicit enī sanctus Ioānes Chrylostomus. Quicquid  
 a quolibet hoīm p̄fisi fuerim⁹, aut remissionē recipiemus om  
 niū peccatorū, aut si tanta in nobis delicta non fuerint, clario  
 ribus honorabimur coronis. Annis triginta in pace & trāquil  
 litate, ut ita dixerim, philosophiæ Christianæ operam dedi,  
 die ac nocte lectionibus scripturarū, quod oibus est notū qui  
 me nouerūt, continuū penē studiū impendi, sed quantū profe  
 cerim iā primū experiētia dabit. Tēpus omne studēdi mihi pa  
 rauit nauiculā, iā uenit hora tentatiōis, q̄ necessariā indicit na  
 uigationē. Experiar oportet q̄ scitus nauta euaserim, qui tot  
 annis discēdi laboribus nō peperci. Amplius q̄ duo milia uo  
 luminū, nō uulgariū neq; impressorū tm̄ sed rarissimorū, ut scis  
 & manifestū est, atq; scriptorū calamo, cū maxima diligētia &  
 grauissimis impēsis i bibliothecā Spanhemēsē cōportauī, q  
 bus legēdis & studiosissime p̄ annos fermē tres & uiginti reuol  
 uēdis, qđ profecerim hoc tēp⁹ exposulat declarandū. Doctri  
 na enī uiri, ut quidam sapiens dicit, per patientiā dignoscit.  
 Si ergo in tantis aduersitatibus patiens euasero, satis me didi  
 cisse arbitror. Et spiritus quidem promptus est, carō aut in  
 firma. Quocirca te frater amantissime qua possum charitate  
 rogo, quatenus mihi tuis orationibus subuenias, omnipoten  
 tisq; misericordiā pro me sedulo inter p̄lles, ut tuis mihi p̄e  
 cibus in aduersis largiatur constantiam, peccatorū quoq; in  
 dulgeat ueniam, & suam me faciat sequi in omnibus uolunta  
 tem. Ad Priorem literas dedi, quibus cum ad me uocauī Neo  
 metim, si quid uolueris rescribere p̄tes. Vale ex Neometi 12  
 die mensis Augusti. Anno Christianorum M. D. V.

*patientia  
 magna do  
 ctina est*

EPISTOLAE FAMILIARES. 88  
GERMANVS DE GANAY CLARIS

fimo uiro Ioanni Tritemio abbati Spanhemensi  
nostræ tempestatis splendori. Salutem.



On potest abscondi, dignissime uir, solare tubar, cum nostrum percurrit hemisphæriū, neq; humanis subtrahi obtutibus, sed fulgidissima suæ lucis spicula, in omnium diffundit oculos, eosque rapit in suæ claritatis admirationem. Ita quoque lucidissimus tuæ doctrinæ fulgor haud quaquam delitescere potest, sed in omnes quantolibet locorum interstitio semotos sui luminis emittit radium. Hinc apud exteros tuū nomē habet celebratissimū, mirisq; effertur præconiis, qui singularis doctrinæ tuæ fama exciti, nihil ardentius optant, quam insignis scientiæ tuæ radio illustrari. Et ipse quoq; tuæ humanitatis fiducia fretus, has ad te literas dare non sum ueritus, quibus & tuæ dignitati congratularer, & meum tibi desyderium explicarē. Incidit in manus meas epistola à te profecta ad quendam Ioannem Steinen moelen, quē in ipso salutationis exordio, post tui nominis expressionē, uirum desyderiorum in sacris nuncupas. Ea sane raram & admirabilem continet philosophiam, tum de numeris, tum de elementis, adeo tamen ænigmatibus obuelatam, & archanis obstrufam uerbis, ut ei<sup>9</sup> nullo modo mihi peruia sit in telligentia, meiq; longe excedat animi captum. Si itaq; apud te aliqua illius esset interpretatio, quam mihi cōmunicare nō abnueres, nihil ipse libentius leger uelim. Coniectat enim animus dignam admodum & altam uerbis illis subesse sententiam, & ex tua itidem officina alia produisse opera, quæ cōsuetum excedant philosophandi modū, & secretam contineant sacratamq; scientiam. Illa si tuo præsidio assequer, Attaliciis opibus & diuitiis Cræsi optabiliora contingerent. Quæ mihi obsecro

obsecro tui nominis cultori obseruantissimo impartiri nō recuses. Carolus noster Bouillus, qui superioribus annis cū per Germaniam iter ageret tuam excellentiam inuisere uenit, frequentem tui apud me fecit mentionem, mēq; totū, ut uerum fatear, adegit tuarum uirtutum obseruatorem admiratorēmq; fieri. Demum harum lator tuæ præstatiæ notus & amicus magister Narciscus, maiora animi nostri uota, quæ breuibus literis haud facile complecti possem, latius explanabit. Vale nostri sæculi decus & unicum doctrinæ specimen. Ex Parisio 3. Calend. Augusti. anno M. D. V.

IOAN. TRITE. AB. SPANHEMEN.

Germano de Ganay uiro doctis. salutem.



Enit ad nos Neometim orator tu<sup>9</sup> magister Narciscus quinta decima die mēsis Augusti literas perferens tuas, simul & grata munuscula, quæ detinui-

mus apud nos diebus ferme duodecim, ne frustra tantum iter assumpsisse uideretur. Magna sunt enim quæ per eum nobis significasti, nec erat nostræ facultatis illi sine matura deliberatione dare responsum. Mentem tuam eius relatione ad pleniū intelleximus, & quantum nobis iam licuit, operam dedimus, ut tuo te non frustratum desiderio intelligeres. In omnibus autem tibi satisfacere hac uice potuimus minime, propterea quæ à prima die mēsis Aprilis huius anni in nostro nō fuerimus monasterio, cuius rei causas tibi referendas ipsi Narcisco ad perfectum cōmisimus. Ad intelligentiam epistolæ nostræ quam Ioanni Steinenmoel anno priore scripsimus, Narcisco introitū dedimus aliqualem, à quo rerū intelliges fundamentū archanarū, quarū cognitiōe laboras: Ad unitatē reducēdus omnino est ternarius, si mens harū rerum uelit intellectū cōsequi perfectū. Vnarius enim nō est numerus, & ex ipso numerus omnis *Philosophia*

ed quædã de  
Numeris.

cõfurgit Reiciatur binarius, & ternarius ad unitatẽ cõuert. bilis erit. Verũ o Germane, ut Hermes iquit, sine mēdacio certũ, & un tatis cognatiõẽ uerissimũ. Non omniũ capax Narciscus. Quod est superius est sicut quod est inferius, & quod est inferius, est sicut quod est superius, quia solis unitatibus cõstat omnis numerus, ad perpetrãda miracula unius rei multa. Nonne res omnes ab una re fluũt bonitate unius, & quicquid unitati cõiungit, non potest esse diuersum, sed fructificat simplicitate & aptatione uni? Quod ex unitate nascit? Nonne ternarius? Accipe. Vnarius est simplex, binarius cõpositus, ternarius uero ad unitatis reducit simplicitatẽ. Non sum Tritemius mētis triplicis, sed in una mēte numero gaudēs ternario, qui uere parit mirabile fœtũ. Pater eius sol, mater uero lana. Portauit semẽ in utero uētus, terra nutriuit. Pater omnis pfectionis totius mũdi hic est. Virtus eius integra & immēsa. Si uersum fuerit in terrã, separabis terrã ab igne, spissum à subtili, & ternarius iam sibi redditus cũ ingenio & suauitate magna à terra cõscēdet in cœlũ, iterũq; uirtute & pulchritudine decoratus reuertet ad terrã: & recipit uim superiorẽ & inferiorẽ, eritq; iam potēs & gloriõsus in claritate unitatis, omnẽ aptus producere numerũ, & fugiet omnis obscuritas. Vnum est principiũ purum, binarius ab unitate recedēs cõponitur, quia impossibile est duo esse principia. Solus ergo ternarius, sacrat, uirtuosus, & potēs, binario superatõ in suum principium non natura, sed similitudinis participatione reuertitur, in quo sine contradictione omnia mysteria intelligit mens archani pulchre ordinati. Hęc est totus fortitudinis pulcherrima uirtus, quæ uincit omnia mundana, & penetrat sol dum corpus omne, tingēs unumquodq; pulchritudine optabili, sicuti Alchimici quidem premitunt in corporibus cõpositis, sed errant, falluntur, & decipiunt omnes;

à qui

quibus libenter fuerint auditi. Volunt imitari naturam, & facere partes quod solius est uniuersalis, cum radicem uirtutis naturæ non intelligant. Non acquiescas insipientissimis Alchymistis, quoniam fatui sunt & sumearum discipuli, hostes naturæ, & cœlestium contemptores, sine quorum intelligibili congnatione nihil est Alchymia. Sed qui terrena non intelligit, sicut dominus noster Iesus Christus dixerat, cœlestia quomodo inueniet? Nostra philosophia cœlestis est non terrena, ut summum illud principium quod Deum nuncupamus mentis intuitu per fidem & cognitionem fideliter aspiciamus, Patrem & Filium, & Spiritum sanctum, unū principium, unum Deum, unumq; summum bonum in Trinitate personarum sempiternum existentem ueraciter credentes, pure cognoscentes, & cum feruētissimi amoris & seruitutis cultu semper adorantes, a quo sunt omnia quæ uispiam esse possunt. Ad hunc nisi mens animata consurgat, nihil eorū quæ sunt pulchra intelliget, sed in sua ignorantia tabescet. Non est uulgaris o Germane iste ascensus, neque eorum imitatione sufficiens, qui una duntaxat alafursum feruntur, sed omnino paucissimis familiaris, illis uidelicet, qui semet in unitatem non temere reducerunt. Multi quidem conantur, sed non omnium est in mente ternarius. Nonne suspecturi cœlum necessario primum caput eleuamus, redumimisque postea quàm suspeximus. Solis licet oculis intueri solem. Aures non uident. Ut igitur conscendat animus, non auris fiat, sed oculus & cor, fiatque ex ternario unitas participatione bonitatis ad principium, quia unum est bonum omnipotens, non duo neq; plura. Nisi enim fiat unitas, non fiet similitudinis in mente coniunctio, neq; boni participatio, & sine his nulla transcensio: nisi autē hac precedant, neq; superiorū intelligentiā, neq; inferiorū propriam consequi poterit operationē.

*Alchymistarum uanitas;*

*Ioannis;*

Res autē tam uniuersales q̄ singulares necessario, & rerū cōditiones quædā sunt manifesta, quædā manifestiores, & quædam manifestissimæ. Et aliæ quidē sunt occulta, aliæ occultiores, aliæ occultissimæ, tā sensui q̄ rationi. Quam diuersitatē operatur ipsarū rerū natura. Hinc fit, q̄ quidā homines cæteris euadūt sapiētiores. Magis autē sapiēs dicitur, qui minus perceptibilia percipit. Numerus ordine cōstat & mēsurā. Ordo quoq̄ sine numero & mēsurā esse nō potest. Mensura autē & numero cōstat & ordine. Vnitas hic & ternarius binariū nō admittūt, sed omnē exuti multitudinem innatā sibi puritate simplicissima in primo consistunt. Hæc ad superos uia, o Germane, per quā antiqui sapiētes intelligibiliter profecti rationis ductu plurima perceperunt, quæ ultra humanā cōprehensionē a nostris nunc reputātur sapiētibus. Vis audire plenius. Studiū generat cognitionē, cognitio autē parit amorē, amor similitudinem, similitudo cōmunionē, cōmuniō uirtutē, uirtus dignitatē, dignitas potētia, & potētia facit miraculum. Hoc iter unicum ad finē magicarū perfectionū tam diuinarū q̄ naturalū, à quibus arcetur & cōfunditur procul omne superstitiosum, præstigiolum atq̄ diabolicū. Enim uero nihil aliud p̄ magiā intelligi uolumus q̄ sapiētia, physicarū scilicet & metaphysicarū intelligentiam rerum, quæ diuinarū & naturalium uirtutum sciētia cōstat. Harmoniam cœlestem non materialem, sed spiritualem consonantiam nobis suspiciendam scias oportet, ubi numerus, ordo & mensura per ternarium in unitatem conueniunt, ad quam consonantiam inferiora nostra omnia sunt conformanda. Fatuum est harmoniam arbitrari cœlestē, stellarū consonantium motu causante auribus perceptibilem formare sonum. Est autem harmonia cœlestis, numero, ordine, & mensura distributionum corporum, inuolabilis consonantia.

Sed

*Magia quidē*



Sed hanc supergredi necesse est, ut ternario paretur ascensus ad eam quæ supercelestis est harmoniam, ubi nihil materiale sed spiritualia sunt omnia. Inde menti assumenda similitudo unde uenit. Stellaris enim harmonia mentem nec dedit nec influit. Quidam philocryphus dicebat sic. Quicumq; conditio nem cœlestis harmoniæ notam haberet, tam præterita quàm futura cognosceret. Quis aut̄ mihi dabit̄ ex milibus unus, qui harmoniam hanc intelligat cœlestem? Ad supercelestem mens nata est, cuius similitudine uiuit. Astra nihil intelligunt, nec sentiunt quidem, unde nec sapientiã menti nostræ conferūt, nec aliquod in nos dominium habēt, qui spiritu ambulamus, confitentes dominum Iesum Christum omnia in sua potestate habentem, ad cuius nos similitudinem pro uiribus fideliter oportet conformare. Ipse est enim sapientia dei patris, ipse est fons & origo scientiæ, ipse est animi centrum, per quem facta sunt omnia. Abeāt homines temerarii, homines uani, & mendaces astrologi, deceptores mentium, & friuola garrientes. Nihil enim ad mentem immortalem, nihil ad scientiam naturalem, nihil facit ad sapientiam supercelestē stellarum dispositio, sed corpus in corpus duntaxat suū habet imperiū. Mens est libera, nec stellis subiicitur, nec earum influentias concipit, nec motum sequitur, sed supercelesti principio, à quo & facta est & fecundatur, tantum communicat. Cætera quæ tibi ad inquisitiones tuas respondenda fuerant ò Germane, sacratio re inclusimus scrinio, tibi soli per Narciscum exhibenda, cui & clauem tibi afferendum nõ satis scienti commissimus, ne scripturam archanis plenum sine utilitate possideres. Venire autē ad te personaliter hac uice nequiuimus, quoniam aliorum uocatifumus. Disces tamen ex Narcisco mentem nostram plenius, quomodo & quando nobis ad te ueniendi facultas acce-

*Astra nullum  
imperium ha  
bent in men  
tem.*

dere possit. In aliis literis scripsimus oia quæ nobis ad te scribenda uidebatur. Vale nostrimentor nec tui oblitus. Ex Neo meti ciuitate Spirensi 24. die Augusti, Anno Christi. 1505.

VVOLFANGVS HOPILIVS IOANNI  
Tritemio abbati Spanhemensi Salutem.



Legantissimam nuper à te m<sup>o</sup> Tritemi accepi epistolam, quæ nobis & iucunda fuit, & menti admirationem induxit, q̄ ipse uir doctissimus atq; mihi prolixior excellentior, ad me formicam agrestē uitam agentem scribere non sis dedignatus, & eo argumento tui ad nostrum incultum ingenium aninti uolucris declarare affectum. Vnde uero acciderit hoc, me coniectura scire credo. Narciscus nostrer scientiarum omnium bonarum diligentissimus inquisitor, ea fortassis quæ somniis & phantasmatis<sup>9</sup> similia sunt, maiora quidem quàm nostra paruitas præstare queat, tibi de nobis retulit, cuius tu uerbis adhibens fidem (nam qui honesto sunt animo & ingenio benigno, quæcunq; de aliis audierint bona facile credunt, mala uero tarde) impulsus es, quantum coniectare possum, ut mihi literas tuas ornatissimas communicares. Habeo gratias immortales, utpote qui tanti uiri literas magnifacio. Quicquid enim humanis in rebus scibile fuerit, te non latere scio, qui cunctos hodie mortales ingenio, scientia, & experientia literaria facile superas & excellis, quod tua scripta, & probatissimorum uiroꝝ testimonia luce manifestant clarius. Hinc doctos omnes singulari humanitate complecteris, quinimmo & eos quos fama pertulerit in noticiam tibi quicquam callere, & si hominū sint inferiores laudibus, pro ingenita tibi bonitate magnificas ac plurimi aestimas. Reliqua pectoris nostri archana ex Narcisco nostro cōmuni amico  
intelli-

ges, qui tuū immortale nomē marmoreis insculpsit pectorib⁹.  
 Quē tibi, & si nō sit opus, plurimū cōmendo, eiq; persuadear  
 uelut, pericula Aristei & Alchindi ut p̄caueat, quorū alter ui-  
 tā miserrime finiuit, alter uero dementiā incidit, ut ex eorū o-  
 pusculis facile nosti. Vale & nos ama. Ex officina nostra Pari-  
 siana 3. Calend. Augusti Anno domini M. D. V.

IOANNES TRITEMIVS SPANHE.

Vuolfgango Hopilio ciui Parisiensi S.



Narciscus noster ad me ueniēs Neometim 15. die mē-  
 sis Augusti, tuas mihi literas lupambule tradidit,  
 & reliqua abs te sibi cōmissa explicauit. Miraris q̄  
 meis te literis dignū aestimaui, putas nimis me credulū extitit  
 se Narcisco, quasi te, prius q̄ ille me accessit, nō nouerim. Quā-  
 tus enī sis multorū aña relatiōe cognoui. Tu aut̄ p̄be facis con-  
 filiū imitādo sapientis qui dicit: Quanto magnus es humilia-  
 te in oībus, & corā deo inuenies gratiā, qm̄ magna potētia dei  
 solius, & ab hoībus honorat̄. Ipsa quoq; dei uirtus & sapientia  
 homo Christus Iesus in Euangelio sancto dixit. Omnis qui se  
 exaltat humiliabit̄, & qui se humiliat exaltabit̄. Excelsa est pa-  
 tria nostra cœlestis, ad quā festinam⁹ oēs, Christ⁹ aut̄ Iesus uia  
 est humilis p̄ quā itur in celū. Quisq; ergo in excelsum ascēde-  
 re montē æternæ fœlicitatis dēlyderat, uiā humilitatis non o-  
 mittat. Et ideo quantūcūq; in hoc mōdo siue discēdo siue bñ  
 uiuēdo, p̄fecerimus, magis cogitare debemus quid nobis desit  
 q̄ quid nobis adsit. Nā & plura nescimus q̄ didicimus, & plu-  
 ra negleximus q̄ fecimus bona. Quod fideliter cōlyderās bea-  
 tus Augustinus in quodā loco dicebat. Laudabilior est anim⁹  
 cui nota est infirmitas propria, quā qui ea non respecta, mœ-  
 nia mundi, uias syderum, fundamenta terrarum, & fasti-  
 gia scrutaretur cœloium. Et facer Hieronymus in quadam  
 epistola. Hęc est, inquit, in omnibus sola perfectio, uera suē-

Luc 14.

Humilitas  
 magnū bonū  
 est & deo  
 grata.

imperfectionis cognitio, quia magnus ad deū ascensus est propriae infirmitatis sententia. Sacra uirtus humilitatis fundamentum & custos est omnium uirtutum. Erubescant igitur omnes elati, qui locum in cordibus suis concedunt superbiae, cum scient per solam humilitatem iter mentis esse in caelum. Audiant qui se magnos inter sapientes huius mundi existimant, tunc Socratem ab Apolline sapientiae palmam primo fuisse adeptum, cum post multorum studia annorum hoc se tandem scire profiteretur, quod nesciret. Frustra enim appellamur Christiani, si Christum non fuerimus secuti, qui propterea uiam se in Euangelio dixit, ut conuersatio magistri, uiuendi norma fieret discipuli, & illam humilitatem imitetur Christianus, quam semper exhibuit Christus. Virtutum stabile fundamentum est humilitas, quae si fuerit intermissa, quid caeterarum congregationum uirtutum nisi ruina quaedam erit dicenda? Est enim primum hominis sapientiam affectantis considerare, quid ipse sit, quid intra se, quid extra. Item quid supra, quid infra, quid contra, quid ante se, quid post se. Haec contemplatio quadripartitum parit fructum. Vilitatem sui, charitatem proximi, contemptum mundi, amorem dei. Et haec est uia ad ueram sapientiam, quam sine humilitate omnis humana doctrina inutilis, cum superbia uero prorsus est contemptibilis. Omnibus ergo per studium scripturarum ad sapientiam contendentibus superbia in primis cauenda est, quoniam sicut nullus sapiens est superbus, ita qui superbus est ad sapientiam nunquam perueniet. Initium enim omnis peccati superbia est in angelis & in hominibus. Non parit superbiam inuidia, sed potius inuidiam superbia facit. Non enim inuidet nisi amor excellentiae. Amor autem excellentiae superbia uocatur, quae cum sit malum in hominibus, deo non placet, sacra dicent scriptura: Superbis Deus resistit, humilibus autem

Ioa<sup>1.</sup> 14.

*Superbia est  
initium om-  
nis peccati.*

Iaco. 4.

bus autē dat gratiā. Idcirco nobis timendū est, ne superbientes  
cadamus, Deo permittēte, leui etiā occasiōe, ut Sophocles ait:

ἀλλ' ἀνδρα χεῖ κ' ἄν σῶμα γενήσῃ μέγα  
δίκην πεισῖν ἄμ' ἄρ' ἀπὸ σμικροῦ κακοῦ

Sed uirum oportet etsi corpus natum habeat magnum

Existimare posse cadere, etiam à paruo malo.

Et Phocylides contra superbiam pulchre monuit dicens.

μὴ γαυροῦ σοφίῃ, μήτ' ἀλκῆ, μήτ' ἐνὶ πολούτῳ

εἶς θεὸς ἔστι σοφός, δωματὸς ἅμα καὶ πολύολβος

Non extollaris sapientia, neq; fortitudine, neq; diuitiis

Vnus Deus est sapiens, potens simul & prædiuus.

Cætera uicia in malis tantū operibus ualent, superbia uero  
in bonis maxime operibus est cauenda. Cum autem sit odibilis  
coram Deo & hominibus superbia, recte facis amice, te coram  
utrisq; humiliando, ut gratiam cōsequaris. Narciscum in per-  
quirendis occultioribus nimis curiosum, ut uana dimittat stu-  
dia, & nunc & ante hac sæpe hortatus sum, qui nescio quid ma-  
gni somnians, aureos sibi mōtes in breui nascituros promittit.  
Sinamus eū, pergat cæcus itinere cœpto, donec suo se frustratū  
desyderio intelligat, quemadmodum & cæteri ante eum om-  
nes qui eadem fatuitate laborarunt. Fluctuare aliquantum cœ-  
pit audiens ex nobis earum periculum & difficultatem rerū,  
quas sine præceptore insequitur. Tuarum uero petitionum ex  
eo recipies solutionem. Vale sanus: Ex Neometi 24. mensis  
Augusti Anno 1505.

LIBANIUS GALLVS IOANNI TRIT.

Spanhemensis cœnobii dignis. abbati S.



Vlla mihi requies mentis, o pater Tritemi, donec  
euincamus hanc horam, non dixerim malorū, sed  
exercitationis. Ad laborem sumus nati, laboremus

agendo simul & patiendo, quoniam sic penitus oportet expedatq; nobis. Non metuas hanc hominū aduersum te inuidiā, dabit enim rebus tuis fortē in breui meliorē. Eius amore patienter tolera, qui pro te mortuus est in cruce, ne contristeris, sed tacitus mēte tranquilla sequere Dei consiliū, quoniā aliorum uocaris. Custodi propositū tuum, neq; diuitias cures, neq; uanissimos mūdi honores. Finē cogita quo tēdimus, principiū ama unde sumus. Tritemiū te precor agnoscas ter mentis acie magnū, Christianus imitando Christū, monachus contēnendo mundū, & philosophus non admittendo perturbationē, cum sis ter magnus, & in Christi amore beatus tandē euades. Saturnū aliquantulum quoniā tibi non satis prospere mouetur, quod & prædixerā cum præfens tecū in tuo esset cœnobio; declinandum scias. Marte quidem & Mercurio in breui, crede mihi, cū bona quāuis humili cōditione releuaberis. Neq; enim Deus te derelinquet, o Tritemi, neq; Libanius. Audi cōsiliū eius quem contemnere non licet. Da locū inuidiæ, meliora tibi parantur. Post quindecim Lunas uocantē sequere nec prius. Wade nunc uocante philocrypho magno cœlo patefacto reuersurus, tum aut me aut nunciū meum Ncometi uidebis. Libros autem tuos archanorū testes caue Saturnus aspiciat. Itineri esto paratus, & nihil obliuiscaris eorum, quæ ad nostra conducunt. Silentio anacrisim serua, nec ante tempus emitte columbā. Caput erige sursum neq; deflectito. Pœnos lingue mendaces, ut intelligant sero quid bonū. Caue, o Tritemi, ne solis radios cauernis inducas, quoniam perniciosi dracones. Aerē sublimiorem non nisi semel abscondas in terram. Bobus & capris non porrigas tuum panem, nec spiritū per ianuas minores emittas. Unus esto tecum, & caue ne solus. Multitudinem fugito omnem, quia unū est omnia, & sine uno est nihil. Manu

cæcum.

Tritemius.

cæcum ne ducas, sed baculo tantum. A quam uino non mi-  
sceas, nec sit in mensa tua panis duplex. Aues in sole non nu-  
trias sed in umbra, & canibus non ostendas penitus uitrum  
aut speculum, quia periculosum est. Umbram ne uerberes,  
quoniam iniuria est solis. Formicis utere, si auium captu for-  
sitam delectaris. Lucern in aqua diuide, ne congelata stride-  
scat. Animaæquior esto, nec deficias, o Tritemi, quoniam si  
alius nemo tui curam habere uoluerit, certe Libanius habe-  
bit. Sunt nobis amici Reges & potentes, qui te nomine tan-  
tum scientes libentissime fouebunt. Nihil permittit omni-  
potens sine causa, nec desperandum est de summa bonitatis  
clementia. Scio quòd timeas Deum, & mentis acumine su-  
blimatus nec prospera mundi curas, nec formidas aduersa.  
Vnde talem te nactus discipulum, omnia quæ mea sunt tibi  
libenter communicauit. Tutantum in Christo manens fidelis,  
in uno solo, quod licite potes, Pythagoricus esto. Vale plus  
quàm alter ego in eo qui solus est semper. Ex sancto Quinti-  
no 6. die mensis Iunii Anno M. D. V.

## IOANNES TRITEMIUS ABBAS

Spanhemensis Libanio suo præce-  
ptori unico salutem.



Iteras tuas dulcissimas, præceptorum optime, de-  
cima quarta die mensis Iulii apud Coloniam A-  
grippinam, ubi conuentus celebrabatur Alcm-  
niæ principum, Rege nostro præsentè, accepi, le-  
gi, & intellexi. Sequar consilium quod dedisti, tametsi grauiſſi-  
mum futurum sit murmur inter nostros, quorum in me lingua  
bacchabitur. Melantius totum cum suis in nos malum susci-  
tauit, quem non dubitamus casurum in foueam quam para-  
uit. Paria nobis consuluit tuis noster Astrophilus dicitis, nec in

uno quidem deflexit sententiã. Vocauit me princeps Marchio  
 Colonia, & obtinuit ut cum eo uadam, ad tẽpus mansurus in  
 Marchia. Tua custodiã non modo præcepta, sed & cõsilia pro  
 uiribus ipsã. Bobus & capris foenũ subtraxi, & magnũ mihi cũ  
 simiis bellũ, sed hætenus uictor euasi. Magno tui desyderio fer  
 uet Ioachim Brãdenburgensũ Marchio, princeps æterna me  
 moria dignus, iuuenis annorũ unius & uiginti, peritus lingua la  
 tina, & studiosissimus ueræ sapietie amator. O si unq̃ fieri pos  
 set, ut te corãm uidere & alloqui mereretur. Humanissimus est  
 princeps, & qui discere non solũ non erubescit, sed & maxime  
 cupit. Vellem ad eũ scriberes quãm primũ, a nobis argumen  
 tũ sumens, mitteresq; aliquid ex officina Pelagii. Ita uelim ag  
 gas, quatenus uter nostrũ exierit prior, qui remansit alterius sui  
 hæres esto. Consolationibus tuis fortior mens facta est, tibiq; ui  
 cem reclinat libens quam debet. Ora mecũ, precor ad Deũ, ut  
 quod uolumus, maximẽq; uelle debemus, nobis ille concedat.  
 Scribo sapienti & Deo dilecto sacerdoti, qui nos iuuare potest  
 precibus & uotis, ut mēs reformetur in uersa, sit unum in amo  
 re & cognitione unius summi boni, Patris, & Filii, & Spiritus  
 sancti, gratiam affecuta principii, à quo multitudine labitur,  
 unitate ad ipsum reformatur. Vtinam, o præceptorũ omnium  
 post Deũ fidelissime, uel nũc tandem fieri posset quod optau  
 imus sæpe, quo nobis ueros & sanctos liceret imitari sapientes,  
 qui per abstractionẽ sibi ueraciter unitũ cũ ardentissimo amo  
 ris desyderio in Deum salutis tramitẽ tenuerũt. Quid nobis &  
 mũdo, qui hinc uelociter migraturus sumus? Ecce quã mihi a  
 matores mũdi mercedẽ tribuere, q̃ Deo seruire prælati in ona  
 chorũ sine mũdo nõ potui. Nihil unq̃, ut nosti, quã sui mun  
 danũ, nihil amauit terrenũ, omnes mũdi uoluptates fugi atq;  
 despexi, & persecutionẽ ab hominibus sustinui gratis, sine de  
 merito,



merito, sine causa, sine culpa. Deus autem omnipotens cui soli placere cupio, hanc super me tribulationem nec iniuste nec sine causa permisit; cuius bonitati gratias ago, quia in ueritate cognoui hanc æmulorum aduersum me iniuriam non parum mihi prodesse. Accipio quod meum est cum patientia, quantum indulserit Dominus Iesus: ipsi qui non merenti coram hominibus intulere contumeliam, uiderint quo zelo ad inferendam fuerint inducti. Non moueor iniuria mihi facta, dum uideor mecum, sed cum tranquillitate mentis dicere possum. Conscia mens recti, famæ mendacia spernit, sciens uerum quod illi in uicium credula turba sient. Nihil de me dubites amantissime præceptor, faciam pro uiribus quod Christi decet amatorem atque discipulum, ferantque mente tranquilla quæ nobis ferenda proposuit. Quid ni ferrè patienter, qui & Christianus sum & monachus, magnæ non ignarus mercedis. Tu pro me ora ac uale. Hæc scripsi ex ciuitate Neometensi uicesima die mensis Augusti, & per Narciscum medicum Parisios in domum Caroli Bouilli de sancto Quintino oriundi Theologi, quem nostri, amici nostri, tibi presentanda ordinaui, nec dubito quin fideliter ad te perferent. Iterum uale. Anno Christi M. D. V.

*Patientia exemplum.*

IOAN. TRITE. AB. SPAN. CAROLO  
Bouillo de S. Quintino theologo Parisiensi. S.



Ubiratus sum Carole Bouille hæc latori Narcisco, quod nos te infacio Parisios exiuit, quia tuas uolebam habere literas. Te tamen bene ualere nunciauit, a quo statum rerum nostrarum, & quid super his mente geramus, auditurus es. Memorem te facimus promissionis tuæ nobis anno factæ prioris, cum in nostro nobiscum esses cœnobio Spanhemensi per dies 14. ut quæstiões illas sacræ scripturæ profun-

dissimas, quarum capita dudū in Spanheim consignauimus, quā primū absoluas, nobisq; ut pollicitus es transmittas. Erūt eū ppetuū apud nos memoriale noīs tui, & mutuae testimoniū dilectiois. Valde nos delectāt oīaque in sacris līs explicaueris, quū ueterū more doctoz solidus es & ueritatis enucleator lucid⁹, neq; uerborū multiplicatiōe superfluus, neq; deficientia ī his q̄ fuerint necessaria recusus. Ea q̄ de intellectu scripsisti & mihi cōplacuerūt & multis. Cōtinent eū uerā Christianorū theologia, purā & absolutā, q̄ menti cognitionē & affectui cōfert summi boni desyderiū, cōsistens in se pura, integra & candida, sine cicatricibus exterarū traditionū. Nunquam mihi placuit quorundā curiositas, qui humana cōmiscēt diuinis, & sacra scripturam, quæ & pura & sibi sufficiens est & nobis, gentiliū loquacitate cōmaculant. Cōtra quos beatus Hieronymus in epistola loquit̄ ad Damasū Papā. De scripturis disputantē nō decet Aristotelis argumēta cōquirere, nec ex flumine Tullianæ eloquentiæ ducendus est riuulus, nec aures Quintiliani flosculis & scholari declamatione mulcendæ, sed pedestris & quotidiana similitudinis & nulla lucubratione redolens oratio necessaria est, quæ rem explicet, sensum edisserat, & obscura manifestet. Scriptura enim Dei manifesta est, testimonium Dei lucidum est, sapientiam præstans paruulis. Non egent literæ diuinæ plicis, non inuolucris, non replicis, quia hæc non sapientiam præstant paruulis, sed eorum animos in confuso relinquant, & per omnem uiram mentes hominum aberrare compellunt. Non qui plicant, non qui replicant, sed qui explicant & elucidant me (sacra scriptura inquit) uitam æternam habebunt. Vale ex Neometi uicesima secunda die mensis Augusti Anno Christianorum. M, D, V.

IOANNES

## IOANNES TRITE. DILECTIS IN

Christo sororibus Richmodi abbatissæ, ac uni  
uerso Conuentui monasterii S. Laurentii  
in Sebach Salutem.



Ter crastino uersus Marchiam diuina miseratione  
assumpturi, scribere uobis priusquam Neometim ex  
iremus, o charissimæ in Christo filia necessarium fore  
iudicauimus & oportunum, quatenus & uos ex nobis consolatio  
nem, & nos ex uobis orationum suffragia ad Deum habemus. Hor  
tamur ergo uos in Domino Iesu Christo cui estis desponsatae, ut iu  
xta normam cœnobiticæ institutionis digne semper ambuletis,  
conuersationem in monasterio habentes puram, sanctam &  
immaculatam, sicut uirgines decet cœlesti cōsecratas regi. Men  
tes uestras in lege Domini quantum est possibile semper occupate,  
lectionibus diuinarum scripturarum cum dulcedine diuini amoris  
insistentes, ut inter laborandum manibus nunquam uobis desit  
materia sanctarum meditationum. Omnia huius mundi oblectamenta  
uobis interdicta sunt, quibus & spontanea uoluntate uos renun  
ciasse constat, dum in professionis uestræ primordio clara uo  
ce unaquæque uestrum decantauit. Regnum mundi & omnem  
ornatum sæculi contempsisti propter amorē Domini mei Iesu Chri  
sti, quem uidi, perspem fidei certissimam, quem amaui, in  
quem credidi, quem dilexi. Non licet uobis repetere quod se  
mel pro Christi amore spreuistis, sed oportet uos in contem  
ptu mundanorum perseverare usque ad mortem, ipso saluatore  
nostro in sancto Euangelio dicente. Qui perseverauerit usque in finem, *Math. 10.*  
hic saluus erit. Mundum ergo & quicquid in eo est pulchrum & a  
mabile, uobis pro dei amore semel contemptum amplius diligere non  
licet, nisi cum stultis uirginibus à thalamo sponsi repulsam, & cum  
spiritibus apostaticis aeternam uelitis accipere damnationem.

Mementote charissimæ in domino filiæ cui pmiseritis fidē,  
& sic in omni puritate mentis & corporis uiuite, ut per bono-  
rum exhibitionem operū in desyderio diuini amoris iugiter  
feruentes, post huius uitæ terminū ad eum possitis peruenire.

1. Ioan. 2 Nolite diligere mundum, ut sanctus Ioannes ait, neq; ea quæ  
in mundo sunt. Nam si quis diligit mundum, non est chari-  
tas dei patris in eo. Transit autē mundus & omnis cōcupiscen-  
tia eius: qui facit uoluntatē Dei manet in æternū. Hoc autem  
scitote filiæ, quoniam Dei amor & mundi pariter in uno cor-  
de habitare non possunt, quemadmodū & oculus cœlū pari-  
ter & terram simulq; minime contuetur. Mari iuste cōparatur  
hic mundus, quia falsitatibus nimium est amarus, uariis tenta-  
tionibus & aduersitatibus inquietus, & reptilibus uiciorū ubiq;  
plenus. Hoc mare magnum & periculosum mortalibus, uos  
ō filiæ ad monasterium fugiendo per dei misericordiam euasi-  
stis, deumq; in puritate cordis amando calcauistis ipsum mare  
sæculi, pompis omnibus in profersionis uestræ primordio re-  
nunciastis. Vnicuiq; uestrū summopere est cauendū, ne men-  
tem sæculi uanitatibus implicet, quia nihil prodest corpore  
fugisse mundū, si cor adhuc in eius amore occupetur. Euasistis  
mundū propterea corpore, ne qua mentē occasio in ei⁹ amo-  
rem colligaret. Est autē homini sua cupiditas quasi tempestas  
maris, cui si peccando consenserit, siue sit in monasterio siue  
extra, mundanus est, & maris obruitur fluctibus. Si Deum a-  
mando cupiditatibus mundi resistis, ambulas supra mare per-  
ueniesq; ad salutem. Si autem post concupiscencias tuas am-  
bulaueris, tempestas maris procul dubio absorbebit te. Mun-  
dus enim amatores suos demergere in profundum inferni cō-  
sueuit non portare, & nemo unquā mundo credidit nō decep-  
tus. Contēendus ergo nobis est mundus ouirgines Christi, &

nihil

Nihil fallati-  
us est mun-  
do

penitus diligendū, non diuitiæ, nō honores, non gaudia, non uoluptates, non colloquia hominū, non salutationes, nō munuscula, non laudes, nō carnis solatia, non aliquis in uestitu ornatus. Vestræ sunt diuitiæ Dei amor, & puræ conscientiæ testi moniū, quibus acquirendis conseruandisq; omni studio uobis semper est inuigilandum. Nec decet uos Dei filio desponsatas, uirginisq; Mariæ eius intactæ genitricis pedisse quas, in aliquo curā habere de mūdo rebūsq; caducis, sed hoc solū prouidere omni tēpore debetis, ut ei cōplacere possitis, cui uosmet ipsas obrulistis in holocaustū. Honores autē sunt ieiuniū, abstinentia, & cōpunctionis lachrymæ, hominūmq; seculariū & extraneorū omniū declinare cōspectus, detestari colloquia, salutationes spernere, munuscula & epistolas familiares contēnere, & nihil mundanū penitus amare. Gaudia & uoluptates monialiū sunt lectionibus diuinarū scripturarū insistere, sanctis meditationibus occupare, orationi semper intēdere, macerare carnē, mentē sacris ornare uirtutibus, & nullū tēpus infructuosum expēdere. Ornatus autē uirginū claustralium humilitas est & puritas cordis, sine quibus nemo Deo placuit unq;. Christus enim Iesus omnipotentis Dei filius, iustificator fidelīū animarum, spūsus uester est, cui uos mēte & corpore fideliter seruituras in puritate perpetuo mancipastis, uestrū in uobis ornatū requirit, non carnis sed cordis, non corporis sed mētis, nō uestiū sed uirtutū, non exterioris pulchritudinis sed internæ puritatis. Huic uos, o uirgines ornate nō mūdo, huic placere fatagite non hominibus. Quotiescūq; uirgo monialis se hominibus ut placeat in oculis eorū uestibus cultioribus exornat, Christo Iesu, cui desponsata est contumeliā facit. Ornatus enim tuus est sponsa Christi, homines fugere, & sicut diximus, ad se uestrā colloquia declinare. Dicit namq; sanctus Ambrosius. Vbiq; sit

in uirgine comes singularum uirtutum pudor, qui indiuiduus debet esse cum uirginitate, quo & risus arceatur, & uirginalis seruetur honestas. Sit sermo uirginis prudens, modestus & rarus, non tam eloquentia preciosus quàm pudore. Mirentur omnes uirgine tacente eius uerecundiam, & loquente prudentiam, in moribus quoq; religiosissimæ uitæ prædicent disciplinam. Sit cor tuum, o sponsa Christi monialis & uirgo, ab omni labe concupiscentiæ mundanæ purum, sit ab omni macula inordinatæ affectionis mundum, ut præter Iesum nihil in hac uita cogitet, nihil præter eius dulcedinem amet. Dulce non men Iesu quoties fuerit loquendum in ore tuo resonet, mens iugiter in eius amore tota suspiret, nulla in hoc mundo quaratur præter Iesum consolatio, iugis memoria Iesu in corde uirginis habeatur. Hoc enim Christi sponsam maxime decet, in eius amore cor suum & non aliunde iugiter occupare, ut ueraciter in eius memoria æstuans dicere possit: amore languere, non mundano sed cœlesti, non carnali sed spiritali, non alius cuius hominis mortalis, sed Iesu Christi Regis æterni, qui iudex est omnium uiuentium & mortuorum, de quo sanctus martyr Ignatius in quadam epistola dicebat. Amor meus crucifixus est. Et monialis uirgo sciens amorem suum esse DOMINUM IESUM Christum, & eum pro nobis omnibus miserabiliter crucifixum, semper in exercitio eius amarissimæ passionis legendo, meditando, & compatiedo uersetur, nec diem transigat ullum in quo tanti amatoris & sponsi pro se habitos labores ad minus nõ semel recogitet. Vera enim Christi amatric non est quæ mentem suam in eius amarissima passione usq; ad lachrymas meditando non occupat, sed risibus & leuitatibus mundi potius dedita, sacratissimi domini sui & sponsi obliuiscitur. Quæ admodum uero in memoria dominicæ pas-

tionis uos utiliter exercere debeatis, & dudum ex nobis audiuistis & sermonibus multis. Maximū enim deuotionis & fructuosissimū spiritualis profectus exercitiū, memoria est iugis Christi in uos beneficiorū. Vt ergo placere ipsi possitis soli cui uos deuouistis, omnia quæ sunt transitoria pro eius amore uobis cōtēnenda sunt, quia nō potestis Deo seruire, & mūdi uanitatibus intēdere. Orate pro me dulcissimæ in Christo filia, ut omnipotens incolumē me reducat, & in sua uolūtate sanctissima ubiq; custodiat. Datus in iuriātibus locū pergo in regionē longinquā, de reditu mei die incertus. In Christo ualete. Ex Spira 26. die mensis Augusti Anno Christianorum M. D. V.

*Vera meditatio passionis Christi est meminisse beneficiorum eius.*

## IOAN. TRIT. AB. MONASTERII S.

Martini in Spāheim, Priori & Conuen. suis in Christo filius & fratribus amātis, salutem & cha.

**Q**Uoniam Neometim uicesima septima die mensis Augusti Marchiam intraturi hanc Brandenburgēsem, egrederemur, propositi fuerat nostri ante festū sancti Martini reditū maturare, nosq; Budorim ad Sereniss. contere principem quousq; temeritas æmulatorū in nos debito fine terminaretur. Venientes autem in Berlin Marchionis Illustrissimi oppidum residentiaē continuæ, undecima die mensis septembris, clementer ab eo fuimus suscepti, munifice quoq; tractamur, cuius uoluntati cum reluctari nō debeamus, usq; ad festum Paschatis manere cum eo consensimus, & quidem non incommodo nostro sicuti cōfidimus. Verum ne uos mutatio propositi necessaria lateret, orireturue sinistra de nobis aliqua inter uos suspicio, fratré Theodoricū capellanū nostrū, ratū portitorē literatū ad uos mittere decreuimus, quo statū uostri referere per omnia cognoscetis. De reditu autē nostro ad monasteriū meū Spāheimense fratres hoc uobis quod scriptus

mandauit iterū denuncio, nihil temere futurū, sed omnia cum matura deliberatione & amicorū consilio facturus sum. Si uultis me Patrē habere uobiscū, amulorū meorum cōspiraciones declinate: quod si cōtempseritis, quicquid inde secutū fuerit, non mihi sed uobis imputandū noueritis. Ego enim & meliori condicione uiuere, & cum maiori tranquillitate Deo seruire possum extra Spanheim; q̄ apud uos potuerim unq̄, si propriae uellem utilitatis cōmoda sectari. Sunt reges & principes mihi & noti & cōpatientes non pauci, quorū fauore non solū iniurias uindicare possem si uellem, sed etiā statui meo sufficientem prouisionē inuenire. Sed amore illi⁹ qui pro nobis mortem in cruce sustinuit, neq̄ uindicare contumelias mihi factas, neq̄ uos deserere uolo, nisi forsitā deserat primū à uobis. Quod si factū fuerit, non me propter me, sed potius propter uos tam diu per incerta uagatū experiemini. Ducem quoq̄ uestrū mihi sine demerito infensum ad agnitionē ueritatis reducite, & q̄ temere in nos processerint mendāces instruite: si quo minus, ecce iterū denuncio uobis illū nō me habiturū dominū, qui me non habet prelatū, neq̄ illius me subiiciam imperio, qui iniusticia & tyrannidē armatus, Dei iusticiae non uult esse subiectus. Palatinis faui rebus propterea persecuti sunt me gratis: quid facturi sunt amuli si dixerō, sed & fauebo q̄ diu in me spiritus resederit uitae: Dominū & defensorē cœnobii mei, nobis ut notis principem semper clementissimū Philippū Palatinum, in his quæ non sunt contra Dominū uniuersorū nunquam potero denegare. Vnicuiq̄ suum ius inuiolatū permittam. Valete fratres & orate pro me in terra constituto aliena. Ex Berlino 20. die mensis Octobris Anno 1505.

SERENISSIMO INVICTISSIMOQVE

principi Philippo Comiti Palatino, Rheni Bava-

riæq̄ Duci, principi Electori Ioan. Tri. S.





Erenissime princeps, manere in Marchia diutius quàm proposueram cõpellor, excellentissimi principis Ioachim Marchionis imperio detentus, cuius sanctissimæ uoluntati non debeo reluctari. Multa enim clementia paruitatem meam prosequitur, & magna sapius postulatione insterit, cupiens ne ante festum Paschatis hinc recedam. Ea tandem conditione interposita manere in Pascha consensi, ut nuncio cum literis ad tuam Serenitatem misso, à te quoque manendi potestatem impetraret. Quo circa cum facile impetraturus sit à tua excellentia quod postulat, ego clementiam tuam quàm humilime duxi rogandam, quatenus interea super fratres & monasterium meum pietatis dignetur habere respectum, ne temeritas amulorum in oues quoque prorumpat, quæ pastori non pepercit. Me quidem sine causa innocentem persecuti sunt, & odio me gratis habuerunt, propterea de consensu tuæ serenitatis uolens declinaui ad tempus, quo mihi utilius cum mora paretur consilium. Te autem sereniss. princeps æmulorum meorum temeritas non latet, qui unde moueatur contra innocentem examusim consideras. Nec opus est mores hominum tibi describere notissimos, utpote qui animos suos tuis rebus aduersos, & tempore illo quo hostes saue runt in populum tuum satis demonstrarunt, & nunc quoque persequentes propter tuum in me fauorem innoxium clandestine sub specie boni non abscondunt. Ego autem eorum proteruiã patientia uincam, & ipsi tandem in suo liuore tabescent. Vale princeps magnifice. Ex Berlino 20. die Octobris Anno 1505.

IOAN. TRITE. IACOBO TRITEMIO

fratri dulcissimo Salutem.

Stualcs bene quidem est. Nos enim miserante Deo ualemus. Neometiam intraturus huc 27. die mensis Augusti cum no

ſtra familia curru exiimus, te ad huc in Colonia conſtituto, &  
 undecima die menſis Septembris oppidum reſidentiae Mar-  
 chionis Berlin diſtum intrauimus. Erat autem in uenatione  
 princeps ueteri tum conſuetudine occupatus. A Irera mox die  
 nunciuſ ueteri tum conſuetudine occupatus. A Irera mox die  
 nunciuſ mittebatur ad eum, qui nos ueniſſe intimaret. Qui te  
 me ad eſſe cognouit, letatus eſt, nunciuſq; interrogauit, cur te  
 non adduxerim mecum. Viuiſſe nunc in terra quidem aliena  
 ſed optima, oĩbus corpori neceſſariis copioſe referta. Prin-  
 ceptis nobis munificus & clementiſſimus eſt, de cuius prouiden-  
 tia in omnibus quã largiſſime ſumus prouiſi. Redire ad Rheni  
 partes circa feſtũ ſancti Martini diſpoſuimus, ſed principis in-  
 ſtantia noſtrũ mutauit propoſitum, eoq; perduxit, ut manere  
 uſq; in Paſcha cõſenſerimus. Propterea te hortamur, ut ad No-  
 uum te caſtrum conſeras, ibi cum Ioanni Damio fideli noſtro  
 manſurus, donec ueniamus. Nolumus te lauare laterem, & ſer-  
 uire carentibus cerebro, ſed optamus potius ſtudio te occupa-  
 ri literarum, & maxime diuinarum, per quarum ſcientiã mens  
 in cognitionem & amorem ſummæ ueritatis conſurgit. Curio-  
 ſitatem fugitare non pudeat, illaſq; deteſtare ſcientias quæ di-  
 uino repugnant amori. Eſt enim magna inter curioſum & ſtu-  
 dioſum hominem differentia. Curioſus enim earum rerũ co-  
 gnitione cupidus eſt, quæ nihil ad eum pertinent, nihilq; uti-  
 litatis honeſtæ cõducit. Studioſus autem earũ rerũ ſcientia cu-  
 pidus eſt, quarum cognitio ad animum nutriendum ornan-  
 dumq; liberaliter & ordinatione pertinent honeſta. Studio-  
 ſum nõ curioſum te eſſe cupimus, quoniam ut ſanctus Bernar-  
 dus ait, primus ſuperbiæ gradus curioſitas eſt, gratiæ ſpiritus  
 ſancti cõtraria, cuius doctrina non curioſitatẽ acuit, ſed charita-  
 tẽ accedit. Propterea dicit ſcriptura. Altiora te ne quĩſieris, & for-  
 tiora

tiora te ne scrutatus fueris. Si enim fueris plurimū scrutatus, fre-  
 quēter miraberis. Necessaria & utilia nobis discēda sunt, quorū  
 scientia mentem à terrenis segregatam, & in cognitionem sum-  
 mæ ueritatis illuminet, & in amorē sempiternæ bonitatis inflā-  
 met. Stultum est omīsis utilibus & necessariis uana & inutilia  
 discere, & creatore neglecto circa creaturas mentē occupare.  
 Perniciosa & plane damnabilis multorum hominum huius  
 tempestatis curiositas est, qui saluberrima C H R I S T I humi-  
 litate contempta, ut docti uideantur & magni, diligentissi-  
 me perscrutantur, quid Plato, quid Aristoteles, quid Anaxa-  
 goras, quid Democritus, quid Pythagoras, & ceteri huius-  
 modi senserint, quos constat à cognitione & doctrina sum-  
 mæ ueritatis longe fuisse alienos, quasi nobis desint ex nostris  
 philosophi & uiri doctissimi, per quorum imitationem oporteat  
 fieri desides, ut merito gentiliū sapientia, necessarioq; nobis  
 uideatur expendenda. Multos habemus gentiliū philosophis  
 meliores, quorum debemus imitari doctrinam, sanctos uidelicet  
 Christi Apostolos, Petrum, Paulum & Ioannem, eorumq; sequaces,  
 Origenem, Athanasium, Hilarium, Irenæum, Chrysostomum, Basiliū,  
 Eusebium, Firmianum, Hieronymū, Ambrosiū, Augustinū, Gregoriū,  
 Bedam, Rabanū, Bernardū, & reliquos catholice fidei doctores,  
 quorū certa de ueritate sapiētia Christianas mentes ad iusticiā  
 imbuunt, intellectu ueraciter illuminant, charitatē format, animasq;  
 uiuificat. Hos per uiribus imitare sapiētes, & eorū libros legēdo  
 discēdoq; utilia sapiens reuolue, nec tpa iuuetatis tibi data inutiliter  
 transire patiaris. Ociū ut perniciosam animi pestē fugito, quā  
 industrie & studio maxie contrariū est, mentemq; ut ferrū  
 rubigo cōsumit. Occupandum est bonis studiis ingenium, & uere sapien-

*In religione  
 discenda, a  
 postolica do-  
 ctina & nō  
 philosophia  
 tenenda est.*

tia & desiderium altius inferendum, ut cum senectus adueniret,  
 mens coelestibus informata doctrinis ad quaslibet fortunæ fa-  
 cies armata consistit. Neq; fratrem te nos imitari pigeat ora-  
 mus, qui annorum uitæ transactæ, ut nosti, tempus omne stu-  
 dio scripturarum usq; ad inuidiam ranarū impendimus. Quod  
 nisi fecissemus, ubi nūc, fortuna sauiente in nos frater, puras  
 nisi ubiq; iaceremus? Nam etsi parum euasimus docti, consiste-  
 re tamen in nobis deo iuuante didicimus, uariosq; & fallaces  
 fortunæ contemnere uultus, & intelligere quis sit ignorantiae  
 finis. Quæ nostra sunt nemo tollat à nobis, quippe qui nostra  
 nobiscum portare didicimus, omnis parui iacturam terreni fa-  
 cientes. Neq; huius uitæ nobis defutura timemus necessaria,  
 promissum Dei in sancto Euangelio certissimum habentes,  
 quoniam ipsi cura est de nobis, & quærentibus in primis coele-  
 stia, nec uictus penuria continget nec amictus. Vnde fratrem  
 te hortamur, bonorum imitare studia, non ad uanitatem &  
 quæstum, sed mentis ad cultum, quo lumen ueritatis agnos-  
 cas, agnitum diligas, dilectum sine fine possideas. Iterum ocium  
 fugias monemus, quoniam in desideriis est omnis ociosus, &  
 multorum scaturigo uiciorum, animæ inimica est ociositas.  
 E mollit ocium uires, lumenq; mentis exterminat, & hominē  
 uiuum trunco similem reddit prorsusq; inutilem. Nemo un-  
 quam factus est ocio magnus, nemo doctus, nemo excellens  
 aut memoria immortalis. Quomodo uiuit qui nemini uiuit?  
 Viuit autem nemini qui semper est ociosus. Ad agendum na-  
 tiffimus, quoniam natura quæ nobis tempore nihil precitius  
 dedit, ocium & uacū abhorret. Post laborem quies & non  
 desidia tibi sit quantula sufficit, quatenus ad agendum fortior  
 confurgas, nō ut remisso labore penitus ocio torpescas. Ama  
 studium sanctarū scripturarum, & nunquā eris ociosus. Nam  
 quod

Mat. 6.  
 Luc. 6. 12

Ocium quam  
 mala res sit.

IOANNIS TRITEMII. 117

quod carnalis amator ille de suo dicebat amore, nos in studio scripturarum comprobauimus uerum. Qui non uult fieri desidiosus, amet. Amor uerus nunquam est ociosus. Sed uale, & ama bona honesta & utilia. Iterum uale. Ex Vrsulo in Marchia Brandenburgensium 20. die mensis Octobris. Anno Christianorum millesimo quingentesimo quinto.

IOANNES TRITEMIUS ABBAS

Spanhemensis Rogerio SyCambro salutem.



Issurus capellanū meū ad partes Rhenanas optime Rogeri, me ipsum prohibere nō potui, quo minus literis te nostri status ratione facerē certiorē. Viuimus hic per Dei misericordiā corpore sani, non ultimo apud principē loco habiti, doctorū tamē uirorū solatio pene destituti. Homines quidē boni, sed nimis barbari & indocti cōmessationibus & potationibus magis dediti q̄ studio bonarum literarū. Rarus hic homo studio deditus scripturarū, sed quadam innata eis rusticitate cōuersantes otio gaudent & poculis. Mihi autē satis admodū incolarū placēt mores, quoniā magna feruēt in religionē Christi obseruātia & deuotione. Dei tēpla uisitant diligētissime, festa sanctorum reuerēter cōcelebrant, & indicta eis ieiunia tenacissime obseruāt, tantōq; sunt in Dei cultu feruētiores, quanto cū nouissimis Germaniæ populis ad Christi fidē noscūtur cōuersi. Solus bibēdi excessus nomen uicii nō habet, quanquā & multi apud eos reperiantur abstemii, & ad uenæ Frācones & Sueui, ut frequēter sumus experti, plus in potationibus excedant q̄ indigenæ terræ. Tu autē Rogeri Deum ora pro nobis, ut cum salute hinc tandē egredientes ad patriā reuertamur, non q; Marchiæ laboremus tædio, summe enim nobis placet, sed ut reuersi ad Rhenū negocia nostra sine debito terminemus. Facilis enim patria pro Christo nobis obliuio,

quonia ubicūq; fuerimus in Domini uoluntate nos esse in patria arbitramur. Ante festū Paschatis nō uidebimus Rhenum, quia serenissimo cōplacendum est principi, qui ut maneremus diutius quān nostri propositi fuerat, instetit. Hæc te scire uoluimus. Tu si quid habes rescribito & uale nostri memor. Ex Berlino 20. diemensis Octobris Anno Christianorū 1505.

IOAN. TRIT. IOANNI VIGILIO

Sunszhemio Vt. Iu. doctori S.



Iteras & meas & principis Marchionis prolixioris more in Marchia mei excusatorias misimus ad serenissimū principē Philippum comitē Palatinū per manus capellani nostri Theodorici, tibi quidē notifiāsi, quas principi exhibere tui sit officii precamur. Quæ circa me aguntur ex latore intelliges: quomodo nobis Marchia placeat his accipe paucis. Terra quidē bona est & fructifera multum, sed laboriosis indiget cultoribus, cū & ipsa sit uasta, latitudine ampla, & rustici pauci atq; pigerrimi, potatiōibus & ocio magis q̄ laboribus dediti, de quib⁹ dicere possumus. Marchianitis festiuitates & ocia pauperiē, ieiunia morbos, & potatiōes mortē accelerāt, quā in his tribus plus q̄ cæteræ nationes Germanorū, uidētur excedere. Sunt enim homines quasi natura ad ocium nati, & multis diuorū festis laborare uetātur, perpetua inopia pressi, maxime qui morātur in rure. Ieiuniorū uero sunt omnium quos uidimus obseruātissimi, & in hoc uno laudabiles p̄ multis merito aestimandi. Sed maior eorū multitudo potationibus nimium dedita, meritum ieiunandi turpiter cōmaculat, usq; adeo, ut hic pene nihil aliud sit uiuere q̄ cōmedere & potare. Hæc de moribus gentis. Nihil hic noui, nihil agitur rari, nisi q̄ inter Ducē Magnopolitanū & Lubecenses grauisissimæ simultates oriūtur, quæ nisi amicorū cōsilio fuerint extin-

Et archimila  
vno more.

ita, in

de, in bellum certe confurgēt. Princeps autem meus sereniss. Marchio, cuius sororē dux est habiturus uxorē, uices suas interposuit, multū pro cōcordia laborauit. Quo mediāte induciā facte sunt usq; in pascha. Interea pax est, interdū pacis fiducia nunquā. Bonā serenissimi principis nostri Palatini ualetudinem abs tescire cupimus, apud cuius maiestatem necessariam nostri moram oportune reddas excusatā. Vale, ex Berlino 20. die mensis Octobris Anno Christianorum 1505.

IOANNES TRIT. AB. SPANHE.

Ioanni Damio monacho S.



Cire te uolumus amātissime frater, q̄ miserāte Deo i primis bene ualem⁹, sumusq; apud sereniss. principē Marchionē bona cōditione habiti, cūctisq; necessariis abūdātissime puiſi, cui⁹ uolūtati annuētes, manere hic usq; in Pascha pinissimus. Fratri aut̄ nostro M. Iacobo Trit. scripsimus, mādites ad Nouū castrū se cōferat, ibi māsurus tecū, donec & nos ueniamus. Interea maneat tecū pietate magistra, ne diutius salutaribus ītermisſis studiis habitare cū acataſtatis cerebro & memoria carētibus infructuose, ut haftenus, cōpellat. Ingratis enim seruire molestissimū est, & nimis graue ut fructu suo fraudetur obsequiosus, & cui repēdendū fuerat prēmīū, reportare cogat incōmodū. Nimiū sunt ingrati homines i terra Nayth cōmorātes, quod pro multis saepe beneficiis eis nō sine nostro dispēdio exhibitis sumus experti: propterea fratré ingratiss. seruire nō sine causa uctamus. De fratrib⁹ nostris quid agāt nos facies certiores, si Cynonorū proteruiā habueris exploratā. Dolus profecto reprimetur dolo, si nō mutauerint impietatis consilium. Nulla nobis de illorū machinationibus cura est, quia nec fauorem cupimus, nec odium formidamus. Neq; autem uindicare iniuriā contendimus, sed contemnere potius, scientes quōd in foueā cadent reprobi quam fecerunt.

Mentem non alligauimus loco, ut uiuere extra Spanheim nō possimus. Nam si necesse fuerit, mūdus totus patria nobis est. Vnum cœlū terram operit unam, ubicūq; fuero in terra sum huic continua, peregrinus non ad Spanheim sed ad cœlestem patriam anhelans. Deus unus omnipotens ubiq; est, & nullibi deest, in quo sumus, uiuimus & mouemur, ubicūq; locorū fuerimus. Facilis ergo nobis unius iactura cœnobii, si Deo placuerit, sit, in quo paupertatis & laboris plurimū, deliciarum & quietis nihil unquā sumus experti. Sed uale & ora pro nobis, ut Deo soli cōpleat uolūtas. Ex Berlin 20. Octob. Anno Christi, 1505.

IOANNES TRITEM. IOANNI

Brachtio Priori S. Mathiæ apud Treuiros S.



Ausam absentiaē nostræ à monasterio nostro Spanhemensi charitati tuæ antehac scripsimus ex Colonia Agrippina, moram uero in Marchia nunc literis duximus intimandam, æque ex Colonia, sed altera Spreuiana iuxta Berlin in ipsa Marchia, ut status nostri habens noticiam propter nos minime contristeris. Diuina nos miseratiōe protegēte sāni & incolumes sumus, rebūq; nostris ita prouidimus, ut si oporteat uiuere extra Spāheim libere possimus. Principem habemus nobis in omnibus fauorabile, de cuius munificētia prouisi nullius indigentiaē habemus. Ante pascha non reuertemur ad Rhenum, ipsius principis uoluntate ad manendū interea persuasi, ut ea quæ pro ipsius honore inchoauimus ad finem debitū perducamus. Et reuera nisi professioni nostræ sciremus esse contrariū, nostrūmq; minime deesse statum in curiis principum uersari, nunquam hinc discederemus. Proponūtur enim nobis conditiones q̄ optimæ, si manere cum principe in toto uellemus, sed ne monastico faceremus iniuriam proposito, curias principum oportet nō amare.

Ita:



ita uero itinere transimus rationabiliter secato, ut nihil refute  
 mas ex sententia nobis oblatum, donec uideamus quid necef  
 fitas tandem indicat assumendum. Reuertemur itaq; deo lar  
 gienti post Pascha ad Rhenum: ad monasteriũ uero nunquã  
 intrabimus, nisi æmulorum nostrorum prius temeritatem cõ  
 tegerit humiliari. Quòd si cum Cynonotis in pertinacia sua  
 duxerint permanendum, Spanhemensi abbatia spontanee di  
 missã, Dei ordinationem sequemur. Confidimus enĩ Dei om  
 nipotentis bonitati, quoniam in finem non despiciet, quem  
 ipse nouit æmulorũ inuidia læsum sine culpa. Tamen si nobis  
 non mediocriter sit pensiculandum, ne forte summa uolunta  
 tis Dei ordinatione aliorum uocemur, tanquã arbor inutilis  
 pro fructu ferendo uberiore in terram transplantandi melio  
 rem. Quis enĩ cognouit sensum Dñi, aut quis consiliarius eius  
 fuit? Semper ergo nobis timendum, & cum silentio diuinum  
 sequendum consilium. Ipsi enim cura est de nobis qui fecit &  
 creauit nos, cuius miseratio nobis utilior est, quã omne no  
 strum consilium. Pergam igitur dei consilium libens & uolun  
 tate secutus, quocunq; fuerit eundum, arborq; si placeat illi e  
 radicata inutilis, transferar ut fructus patientiæ feram uberio  
 res. Vale feliciter. Ex Berlino 20. mensis Octo. Anno 1565.

TEODORICVS EPISCOPVS LVBE  
 censis Ioanni Tritemio Abbati Spanhemensi S.



Amblicum ut tibi comodarem te sum mope  
 re desiderare, pater optime, magnifici nostri  
 Ololyci de lapide militis; tum & aurati; tum  
 & literarũ candidati narratione cognouimus.  
 Quem, & si nostra domo charissimi honestissi  
 miq; philosophi loco seruamus, tamen & unã cum Proclo,

Porphyrio, Synefio, cæterisque conphilosophis suis sibi coadunatis, tibi nõ minus uoluntarie quàm hilariter transmiffimus, mandantes illi, ut te nobilem hospitem nostri nomine salutatum pergeret. Credimus etenim tantos sapietia uiros eo tibi fore gratiores, quo eorum dudum usus es familiaritate. Suscipe igitur optime pater quàm iucundiffimos ex archanis philosophia latebris te alloquentes nobiles ipsos nuncios nostros, nihil pol rigidi salebrofiq; , sed condimenta sapida græcorum academiis philosophicis scite festiuq; manibus præparata deferentes. Quorum cum ad facietatem usus familiaritate fueris, ad nostras redeant ædes age. Vale scripturarũ candens armarium, nosq; te adamantem ama. Ex Lubus die Veneris 24. mensis Octobris. Anno Christianorum M. D. V.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO

Patri Theodorico Episcopo Lubecensi

Ioannes Tritemius Salutem.



Amblicus Academicorum sacerdos manserentissimè mi principis nostris ædes meas introductus tuo me nomine salutauit. Lætus admissi philosophum nominis institutis nõ nunquam se ingerentè, què dum lego unà cū Proclosuo conphilosopho, profundiusq; intueor, non eos sed Ariopagitã Dionysiu me legere plerunq; inuenio. Et hoc mihi factũ more ueterũ placet, quippe qui potare de riuulo interea sum contentus, donec ad fontis mihi scaturiginè purissimè mi liceat peruenire. Gratias habeo tuæ humanitati doctissime præsul, qui me non audentè petere tantis hospitibus honorasti. Utar eorum lectione tempore modico, faciamq; mox tua repetant scrinia Vitam Appollonii Thianæi quodam enchiridio impressam ex Colonia Agrippina me cū nuper attuli, cuius inire iudicium occupatiões me principis hac uice nõ permittunt.

sunt.

rant. Vereor enim præcipitem dare sententiã, ppterca uel maxime, q̄ diu<sup>9</sup> Hieronymus in proœmio bibliothecæ sacre nõ sine laudibus uidet̄ introduxisse Apolloniũ. Examinãda sunt prius à me singula quã primũ per ociũ licuerit, postea meã sine cuiusquam præiudicio dicã sententiã. Vale præsulũ decus, & me dediticiũ habeto cõmendatum. Ex Colonia iuxta Sprẽnum & Vrsulum ultima die mensis Octobris. Anno Dñi 1505.

IOANNES TRITE. IOAN. EVRI

pono Carmelitano, Cõuentus Damẽsis S.

**A**ndauit nobis sereniss. princeps noster Marchio Brandenburgẽsis, tibi scriberem<sup>9</sup>, ut quantotius ad nos Colonia reuertaris, & afferas tecũ ea q̄ Prior tuus maiestati sue p̄misit. Nos opus nostrũ de laudib<sup>9</sup> sanctorũ ab soluimus, qđ te ut rescribat expectat. Moras igit̄ oẽs rescinde, ne principis aim offendas. Hestern<sup>9</sup> noster Theodoricus à partibus trãsrhenanis ad nos reuersus est, & iste ganographiã nostrã, quã tantopere uidere desyderas attulit. Vale ex Vrsulo 15. die mensis Decembris Anno Christi 1505.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI

Ioan. Tritemio Eucharius Heimerius S.

**R**euereudissime pater ac colẽdissime p̄ceptor, tuã reuerendissimã dignitatẽ sanã incolumẽq; & bñ ualentẽ intelligo & maxime sum gauisus, orãs omnipotẽtis dei clementiã, ut sanũ Nestoreos cõseruet in annos, teq; ad nos cũ salute reducat. Hoc unũ quã humilime p̄cor, ut tua sefe dignitas splẽdidissima quãto tius absoluere à strepitu curialiũ nugarũ uelit, & ad nos redire dignet̄. Valde nãq; indignũ est tam nobile ac prope diuinũ ingenium tuum seruire principibus, tum quia tu ipse princeps es magnus, doctrina & sapientiã melior illis cum quibus uersaris, tum quia columen, glo

## EPISTOLÆ FAMILIARES 110

ria, & unicum patriæ nostræ es decus, quo absente omnes cecidisse uidemur. Taceo quod te patre sapientissimo absente à monasterio tuo perperam & negligenter omnia gerantur, & remoto pastore necesse sit periclitari oues. Satis etiam nostri longa experientia doctus, in principum curiis nihil esse firmum, nihil stabile, nihil certum, sed caduca omnia, susurris & adulationibus plena. Ad nos itaque pater optime quantoties reuertere, ut cum philosophicis atque diuinis institutionibus habeas tuo more commercium, nosque ut consueuisti tuarum lucubrationum cupidissimos scriptis & exhortationibus sanctis refoueas. Indignum est enim te hominem philosophicis sacrisque imbutum scripturis siliquis immiscere mundanis, margaritasque inuoluere sterquilinio: & qui multos erudire ad iusticiam consueueras, diuini luminis iubar in unius anguli tenebris abscondere. Hæc non docendo sus Mineruam ad te patrem eruditissimum scripserim, sed quam singulari beneuolentia à te præceptore meo discipulus affectatus sum confidentia ut ausim effecit. Doleo enim lumen nostrum splendidum à nobis ablatum, quare humilime oro, tua mihi benignitas indulgeat, qui me tibi si delem non ignoras. Abbatis Lymphurgensis negocia quotidie sese in deterius disponunt: ipse quoque Neometi rarus est, lenteque ne dicam remisse nimium agit. Operæ precium fuerit teadesse, ut tua dirigeretur solertia, cum ipse sua probitate simplex uersipellium astucias non satis intelligat. Cogita demum pater colendissime de tuo fratre unico, magistro Iacobo Tritemio, mihi quidem amicissimo, ne frustra laborans apud Lymphurgenses ingenii nobilis iacturam patiat. Nihil enim ab eis emolumenti consequi poterit, qui lapides & ligna reuoluentes nullum penitus habent commercium cum studio scripturæ. Homō est natura gracilis, ad philosophiam natus non ad labores

bores rusticorum, qui si quid magni se consecuturum sperat, ab istis hominibus certius certo seductum se sentiet. Esto pius in tuos qui in alienos semper clemētissimus esse cōsueuisti. Tot enim tātisq; notus ac familiaris principibus cum sis, nō erit tibi difficile fratri aliquod impetrare munus Ecclesiasticum, unde uitā honeste cum literis ducat. Qui toties pro alienis deprecatus exauditus es, pro tuis interueniens nullā patieris repulsam. Valeat tua dignitas per sēcula multa. Ex Spira Idibus Nouembri Anno salutis M. D. V.

IOAN. TRIT. EUCHARIO HEIMERO  
Neometensi Salutem.



Vichre mones Euchari ad nostra citi<sup>9</sup> reuertamur, quasi non ubiq; sit nobis patria, quibus & Christiana religio patriē & matrē deferere pro Dei amore præcipit, & monastica institutio cōtemptū terrenorū omnium indicit. Nos enim quadam necessitate compulsi principem sequimur, nō ut curiales, sed potius ut cōsilio & auxilio indigētes, utpote qui derelictā necessariis grauiora pericula formidamus. Quam temeratā à Cynonotis contumeliā susceperimus te minime lateat, sub quorū diutius militare imperio nō facile cōsentiemus. Cum his nōnulli ex nostris infidelitatis spiritu pleni cōspirātes in nos, maliciā uirus addiderūt, qui circūgirātes multorū nobis æmulorū inuidiā auxerūt. Placuit ergo nobis ad tēpus cedere malis, donec tādē experiātur nostri, quid eis nostra eatenus præsentia cōtulerit boni. Et quia nō satis cōstabat quādo patriā exiimus, qui fuerint tātorū in nos autores malorū, & qui ex nostris cōspirasse cum æmulis dicebātur, se omnes clamabāt esse innoxios: de consilio & assensu clarissimi principis mei Philippi comitis Palatini (quod te minime lateat) crebris postulationibus Serenissimi principis Ioachim Mar-

## EPISTOLAE FAMILIARES.

111

chionis Brandenburgensis cuiſi, patriam relinquere conſenſimus, ad feſtum Paſchatis Deo largiēte reuerſuri ad R. henum. Interea ſi pœnituerit amulos patratæ contra nos temeritatis bene factum erit reuertemurq; ad monaſterium : ſin autem in ſua pertinacia permanerint, ſi pro iniuriis ſe non recognouerint, ſi fratres noſtri non aliter quàm haſtenus cū duce ſuo tractauerint, hærebimus & nos noſtro cōſilio, neq; humiliabimus nos inimicis noſtris, neq; ad monaſteriū reuertemur, ſed prouidebimus nobis de alia manſione, ubi cum pace & tranquillitate omnipotēti Deo in ordine ſeruiamus. Juſtam enim cauſam indignationis habentes iniuriarum non facile poſſumus obliuiſci, neq; deinceps hominibus illis conſidimus unquam, qui in nullo à nobis læſi, tantam in nos contumeliam agere præſumpſerunt. Sufficiat amalis noſtris quòd pro Chriſti amore patientiam habentes uindictam non quæramus, & cum poſſemus ulciſci contumelias ſilentio tranſimus. Putabant nos mente uni colligatos loco, & quod nobis in deſpectum fecerūt neceſſario non curare, quaſi extra Spanheim nobis deſit locus ad manendum. Conſidimus in Domino Jeſu qui nullum dereliquit unquam ad eum in tribulatione clamātem, quoniam miſerebitur noſtri, & parabit nobis locum, ubi cum maiore pace & trāquillitate ipſi uacemus, q̄ in Spanheim potuimus unq̄. Non delectant nos (ut tu arbitraris) curiæ principum, neq; terreno principi niſi oporteat, ſtatuiamus adherere, quanq̄ nō deſint plures, qui nos magno deſyderio admitterēt perpetuo reſouendos. Hoc nobis continuum ſtudium contulit ſcripturatum, ut mentem non loco figamus ſed ueritati. Quæ de fratre monuiſti libēter accepimus, cui ſors cum tēpore pinguior aſſurget. Vale & ora pro nobis ad Deū, qui ſolus omnia potēſt.

Ex Berlin octaua die menſis Ianuarii Anno Domini 1506.

Reueren-

IOANNIS TRITEMII  
REVERENDO IN CHRISTO PATRI

D. Iohanni Tritemio, &c. Nicolaus Prior  
in cunctis fidelis Salutem.

**P**uerende amantissimèq; pater, literas reuerèdæ paternitatis tuæ cum ingenti suscepi gaudio, & supra quàm dici potest de bona ualetudine tua optimèq; statu apud principem, sicut nobis Theodoricus retulit, sum lætatus, & mecum fratres uniuersi. Sed ingenti me tristitia affecti mora tam diuturna reuersionis tuæ ad nos, quoniam propter tuam absentiam in magna tribulatione sumus, & ab omnibus uexamur, deridemur & blasphemamur, quasi nos causa simus indignationis tuæ iustissimæ, magnusq; clamor omnium surrexit in nos, quòd incendio seu perpetuo simus digni exilio, quod fugauerimus Abbatè nostrum uirum bonum & sanctum, sapientè atq; doctissimum, sine causa. Tantæ sunt oblocutiones hominũ contra nos, quod ignoramus quid nobis agendũ sit, & uehementer timemus, quod in breui expellemur de monasterio. Tua uero paternitas nouit, quod præter filium perditionis, nullus nostrum fuit in causa, sed omnes uehementer potius dolemus, & nunquam placuit nobis temerarium factum a mulorũ. Iam dicunt omnes qui interfuerunt, quod non fecerint animo iniuriandi paternitati tuæ, sed propter minas abbati montis sancti Iacobi factas à Magno & Friderico familiaribus nostris. Et in ueritate credo quòd ita sit, quia nihil aliud in causa fuit ut caperentur quàm comminationes. Officialis Ducis, qui satellites malitiæ iniquitatis suæ misit in familiam nostram, de officio suo iam amotus est, & in eius locum Vassallus tibi iuratus Meginhardus de Coppenstein subrogatus est. Nomine uero principis Palatini præfecturam tenet amantissimus tui Franciscus ab Sickingen, qui ambo cum uicinis & amicis o-

EPISTOLAE FAMILIARES. 124

minibus, maxime tuum defyderant aduentum. Abbas quoque montis sancti Iacobi plus omnibus dolet absentiam tuam. Rogamus igitur quod humilime reuerendissime amatissimèque patet, & per nomē Domini nostri Iesu Christi suppliciter obsecramus, ut redire ad nos quantotius dignemini, nec propter crimen paucorum totū gregem ouium uestrorum deseratis. Cur foris tam diu permanes dulcissime pater, cum nemo sit qui te ledere aut possit aut uelit. Nam & Dux ille Ioannes te maxime diligit, cupitque ut redeas, dicens se nihil unquam mali contra tuā cogitauisse personā. Omnes quoque fratres nostri, tuā paternitatis charissimi filii, tuum ad nos reditū ardentissime defyderāt, praeter Iudam impiissimū traditorē. Qui tamē & ipse multū optare tuum aduentum se simulat, sed mētitur iniquitas sibi, quod rei probabit euētus. Scio enim quod de monasterio fugiet, mox ut tuā nobis paternitatē appropinquātē audierit. Frater Ioānes Nuntius senior noster & omnes fratres tuam salutem defyderant seque humiliter commendant. Vale ex Spanheim 22. die mensis Nouembris Anno Domini M. D. V.

IOANNES TRITEMIUS AB. SPAN.

dilecto in Christo filio Nicolao Remitio

Priori suo salutem.

**M**ouissent à proposito mentē nostrā literæ tuæ charissimè fili, ut in media hyeme reditū maturassemus nostrū ad patriam, nisi promissionis nostræ cōditio ad manēdum diutius nos principi obligaret. Manēdum enim in Pascha promissio iubet, ne tantum principem rebus nostris optime fauentē cōtra uotū offendamus. Scribis reditum nostrū defyderari à multis, credimus, & suo tēpore sicuti promissimus largiente domino reuertemur, experientiā capturi promissionum. Abbatem uero Moguntinum nostram peramplius



plius dolere absentiam satis admiramur, cum ipse omnium in nos malorum principalis sit autor, ad cuius instantiam clandestinam & ementitam familiares nostri nobis in scandalum, & ferensissimo principi nostro Palatino in odium & praedudicium fuerunt capti. Neque memoria exciderunt uerba quae nobis in culcare tentauit, cum ultimo esset nobiscum: neque scriptorum eius oblitus sumus, quibus non solum nobis, uerum & sacratissimis principibus Raymundo Cardinali apostolico legato, Archiepiscopo Coloniensi, Palatino comiti, & Marchionibus, intemperatissimae lingua non pepercit, quae si uel uni ex illis legenda exhibuissimus, dudum temeritatis suae poenas dedisset. Iniquissime contra nos egit bonus ille abbas, & in odium aliorum nos, siue sciens siue nesciens iniuste persecutus est. In diligeat ei Deus & non imputet illi peccatum quod commisit contra nos. Mira confyderatio senis. De nostra dolet absentia, qui ut cederemus ad tempus inuidiam declinantes primus consilium dedit. Quod autem hominum clamor surrexit contra uos, nihil nos releuat, nec in aliquo delectat, sed contristat potius; pro illis maxime qui inter uos malorum contra nos sunt innocentes. Scimus enim quod non omnes conspirastis in nos, nec propterea uos omnes credimus innocentes. In omnibus his nihil nos ad deo contristat, quam innocentes cum noxiis blasphemari. Consolatur autem nos innocentia nostra, cui uos testimonium etiam inimici dabit; quam iuste inter uos & sine offensione uiuerimus, semper uestram utilitatem nostro comodo praeponebant. Postremo hortamur, ut diuinitatis cultum diligenter respicias, fratres sine rationabili causa non contristes, & te & illos in monasterio religiose contineas, & monasticam obseruantiam inuiolatam custodias. Fratres ut pro nobis orent ad Deum commonefacito, quos omnes in charitate le-

EPISTOLAE FAMILIARES. 126

Christi salutamus. Vale ex Berolini. 8. die mensis Ianuarii  
Anno Christianorum. M. D. VI.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI

Ioanni Tritemio abbati Spanhemensi, la-  
cobus Trite. frater S.



Iteræ paternitatis tuæ ingens mihi atrulerunt gau-  
dium, quibus te sanum & incolumè esse cognoui.  
Præterea scire statum meū cupis. Teneto breuiter,  
mediocris est. Dei bonitate sanus sum, & sine pecunia diues.  
Post tuū à Neometi recessum ad Vuachenheim ueni, paucisq;  
ibidè diebus cōmoratus, mox perpendi homines & meorum  
obsequiorū & tuorū oblitos beneficiorū tuorum me uibrare cœ-  
lis, inuidentesq; studiis meis, ad lapides & lutū reuocare nolen-  
tem. Nolui ergo diutius manere cum hominibus ἀχαριστοῖς  
καὶ ἀδολόγοις, qui nec beneficiorum sunt memores, nec promissum  
forum exhibitores. Abbati multis diebus ut nosti in Colonia  
scriptor seruiui, & propter eum quos amicos habere poteram  
offendi, tempus apud illum mihi sine fructu expēdi, uestimen-  
ta contriui, & nihil ab eo penitus pro mercede obtinui. Eccle-  
sia, quā mihi assignare uolebat, in salicū ualle pauperrima est,  
domus habitatiōis sacerdotalis cū uico incendio consumpta.  
Habeat eā sibi & ualeat, quia non est mihi animus apud illum  
manēdi. Utinā tibi potius acquieuissem quā petitionibus eius,  
perrexissemq; in Marchiā tecū, melius mihi foret, quā gratis il-  
li seruiisse. Contēpta igit uanissima spe Treuerim descendi, &  
aliquandiu cum parentibus mansi, quousq; per singulos gra-  
dus ad ordinem sacerdotalem processi. Iam deinceps faciam  
quod hortaris, & cum Damio nostro manebo donec uenias.  
Vale sanus. E Spira 11. die mensis Nouembris Anno. 1507.

Ioannes

IOAN. TRITE. AB. SPAN. IACOBO

Tritemio fratri amantiſſimo Salutem.



D huc deo largiente ualemus: ſi uales & tu bene eſt.

Non latebat nos cui ſeruites, qui τὴν ἀχαισίαν αἰ

αὐτῶν πύργου quā optimē nouimus dudū experti. Sed

quā ita tibi cōplacuit, ſi perdidisti laborē, tibi noueris imputan-

dum. Quamprimū poteris parentibus ſcribe, nos ſaluos & in-

columes, & ut ſeneſtutis ſuā curā habeant, nihil de nobis ſolli-

citi. Omnipotens Deus ſua miſeratiōe nobis ut cōfidimus ne

ceſſaria ſine parentū ſollicitudine prouidebit, etiamſi ad Span-

heim nunquam reuertamur. Remitius Prior humilia atq; dul-

ciſſima ſcripſit, cupiens nos ad monaſteriū quantotius reuer-

ti, cui reſcribentes uerbis uerba retulimus, donec mentes ho-

minum plenius exploremus. Non euim deinceps facile crede-

mus ſemel tam enormiter decepti. Cum ergo Neometim aut

Budorim reuerſi fuerimus, agemus ne nos lateant fratrum a-

nimi, & tum demum quod nobis uidebitur utiliſſimum faciemus.

Quōd ſi manere foris cōtigerit, nihil ad nos, q̄ppe qui carere

ingrato monaſterio quā manere cum improbis ouibus ma-

gis eligimus. Vale ex Berlin .8. die menſis Ianuarii. Anno

Chriſtianorum. M. D. VI.

THEODORICVS EPISCOPVS

Lubecenſis Iohanni Tritemio abbati

Spanhemem. Salutem.



Vos ad te optimum patrem ſalutandum probos &

inclytos philoſophos Iamblicum & Proclum cum

cæteris pridem miſimus, quo nam ſe modo apud

tuam paternitatem habeant, pro eorum honorificentia no-

ſtroque in eos amore putauimus requirendum, cum uel offi-

cio iam prope functi, uel quicquid tu ex eis requirendum putaueris, eo te potitum optimeque illis usum pro sua liberalitate, Tantalique phiala amicitiae firmandae gratia uos uerbissime potos arbitramur. Ne igitur uel ocio torpescant, uel nouis placidioribusq; subintrantibus abiectiori loco contemptuiq; ut fieri solet, haberentur, pulueribusq; sordescerent, reuocandos existimauimus. Credimus etiam a te defatigatos a deo, ut iam rigidior illis monastica illa, qua religiose pater ad modum ueris, censura pertaesa sit plurimum. Quod si ita iudicaueris, tua eos pro honestate pace redire finito. Si autem tibi ad conferendum quod habes superest, explere atq; ad saturitatem honestissimis uiris fruito, ac demum ut nostras reuisant aedes age. Vale felix fausteq; nosq; te adamantē ama. Ex L. bus 27. die mensis Ianuarii Anno dominicae natiuitatis. 1506.

## REVERENDISSIMO IN CHRISTO

Patri Theodorico Episcopo Lubecensi

Joan. Tritemius Salutem.



Amblicum tribus ferme apud nos mensibus honestissime habitū, quod pulchritudo uultus declarabit, ut rediret ad te dominum suum, officio legationis suae iam pulchre peracto, sacratissime praesul, concessimus. Annuit lubens, quanquam nostrum minime abhorreret hospitium, quippe qui nostra dudum familiaritate usus nulla iam formidine tangitur. Censuram non timet monasticam, utpote qui longa consuetudine moribus nostris assuefactus, optime iam intelligat nos uiri sapientis imitari consilium, quo nouerimus cum singulis de sua facultate habere colloquiū. Scimus enim Iamblico teste, neq; cum monacho de philosophia tractandum, neq; inter philosophos de religione claustralium esse disputandum. Suo quaeq; loco seruamus, cum illis monachū,

cum

cum istis exercendo philosophum. Hoc unum forsitan hospiti nostro potuit esse molestum, quod in Ursulo solus nobiscum consisteret, qui cum tribus ferè milibus in nostro confucuerat monasterio uersari. Hic enim peregrinamur à nostris inter paucos, non ut uolumus, sed ut possumus philosophantes. Suscipe Iamblicum tuum doctissime præsul, quem ad tuas ædes mittimus, gratias de humanitate in nos tua referentes, nostróque ut lubet ministerio utere. Vale & nos commendatos intuere. Ex Ursulo 4. mensis Februarii Anno. 1506.

IOANNES TRITEMIVS HER-  
manno Buschio Monasteriensi poëtae S.



Vm iter ageremus de partibus Transrhenanis per oppidum Lypsense ad Marchiã Brandenburgensem, te illic esse nobis minime constabat. Audieramus enim Coloniae te in Louanio tuas profiteri literas, & propterea Lypsiae nullam tui fecimus inquisitionẽ. Jam uero Georgio Sibuto poëta nostro referente cognouimus te iuuentutẽ Lypsensem literis erudire mundanis optima conditione prouisum. Congratulamur tibi quod rebus tuis bene sit consultum: hoc unum te monẽtes, ita uiuendum, ne moribus destruas eruditionem. Non decet uirum eruditum etiam si poëta sit, esse la-  
sciuum, non ebrietatis sectatorem, non muliebrem, & luxui de-  
ditum, quæ omnia cito perdunt uirũ, ut quidã cecinit dicens:

Οἶνος ἢ λουεῖ τὰ νύκτι καὶ πρὸς τὴν ἑρωτικὴν

cc

οἷον τὴν ἐρημὴν παρέμπεττῆν ὁ δὸν εἰς αἰδῶν

cc

Vinum & balnea, & circa Venerem amor

cc

Velociorem parant uiam ad infernum.

cc

Hoc & Maro ille tuus monuisse fert pulcherrime in paruo tra-  
ctatu suo de uino & Venere, ubi multa paucis absoluit dicens:

„ Nec Veneris nec tu uini capiaris amore  
 „ Vno nanq; modo uina Veniſq; nocent  
 „ Vt Venus enervat uires ſic copia uini  
 „ Detenuat grefſus debilitatq; pedes.  
 „ Multos cæcus amor cogit ſecreta fateri,  
 „ Archanum demens detegit ebrietas, &c.

Rogitus Anachariſis quo pacto quis abſtemius fieret, ſi turpes, inquit ebriſorū mori ſibi ante oculos ponat ſobrius. Ait enim ut in uuas tres ferre, primā uoluptatis, ſecundam ebrietas, tertiam mœroris. Hinc eſt illud Lucii Apuleii Floridorū libro tertio, ſapientis uiri ſupra menſam celebre dictum. Prima inquit cratera ad ſitim pertinet, ſecunda ad hilaritatem, tertia ad uoluptatem, quarta ad infaniam. Nihil turpius homine ebriſo, cui fœtor in ore, tremor in corpore, furor & obliuio in mēte, qui ſtulta promit & fatua, occulta producit in publicum, cor palpitat, facies ſanguine rubet. Quæ omnia Flaccus pulchra breuitate complectens dicebat:

Quid non ebrietas designat? operta recludit  
 Spes iubet eſſe ratas, ad prælia trudit inermem.  
 Sollicitis animis onus eximit, ac docet artes,  
 Fœcundi calices quem non fecere diſertum?

Nihil eſt ita demonibus, ut Chryſoſtomus ait, ſicut ebrietas & laſciua, quæ eſt mater omnium uiciorum, placitum & amicum, & nihil adeo contrarium ſicuti ſobrietas, quæ eſt mater omnium uirtutum. Quid aliud ebrietatē putabimus quam uoluntariam hominis infaniam, quæ mentem euertit, memoriam tollit, obliuionem inducit, debilitat corpus, animam occidit: Nemo uino & ebrietati deditus uir bonus eſſe poterit unquam, neq; ſapiens, neq; doctus, neq; fidelis, neq; utilis alicui, neq; honore aliquo, neq; memoria dignus. Tu ergo Buſchi ſurge omnes

*ebrietas  
 quid?*

ge omnes animi pestes, uinum & uenerem maxime, quorum usu nimio uirtus eneruatur omnis, mens cecutiat, & fama in opprobrium cunctis exponitur. Parce oculis tuis, qui utroque malo te nimium uolente, perculsi, fluxu & rubedine iam pene destructi sunt. Parce rebus & substantiæ, quam docendo laboriose acquisis, ne senior factus mendicare cogaris. Memento quod sicut poeta dicit. Vino forma perit, uino corrumpitur ætas. Vino sæpe suam nescit amica uirum. Et quod Aristoteles dixit: quin non de facili potest inuadi qui est sobrius & uigil, sed quiebrus est & dormiēs, mortuo similis, facile capitur. Ad monitionibus nostris & parcas, & acquiescas oramus: tu enim quod te diligamus nõ ignoras, & nos quod freno indigeas scimus. Circa festum dominicæ Ascensionis redituri ad Rhenum tecum largiente Domino constituemur, latius de his quæ menti nostræ insunt collaturi tecum. Interea uale sanus. Ex Berlin prima die Martii Anno 1506.

## IOANNES TRITEMIUS ABAAS

Spanhemensis: Conradouenerabili Abbati monasterii sanctorum Valtrici & Afræ in Augusta Salutem



Repta post cruentissimum Palatinum bellum in me quorundam hominum inuidia propter ipsum principem meum, cum essem apud eum Heidelbergæ, ad sextum diem mensis Aprilis, ne quid sequeretur deterius à monasterio meo ad tempus me placuit elongare. Interea Rex nostrer Maximilianus conuentum apud Coloniam Agrippinam ad caput mensis Iulii principibus indixit, quod & ego uocatus per certos principes nauigio descendi. Soluto tãdẽ post dies 30. consilio, principibusque ad sua reuertentibus, ego cum Serenissimo

principe electore Ioachim Brandenburgensiu Marchione, de consensu principis mei Palatini senioris saepe & multum rogatus Marchiam intraui, Priori meo interim regimine monasterii Spanhemensis commissio. Et nunc quidē hic sum propositum habens post festum resurrectionis dominicæ reuertēdi ad propria, & iuxta rerum dispositarū ordinationem sicuti inuenero, uel mutare uel continuare cōsiliū. Venissem q̄ libens Augustam ad prouincialem ordinis nostri cōuentum, si Princeps ut ante Pascha hinc abirem, annuisset, sperarēmq; rebus meis bonum consiliū apud patres inuenire. Sed quia morē gerere tanto principi necesse est, tuæ paternitati uices meas dixi cōmittendas, ut iuxta procuratoriū tenorē, quod anno priorē, cum propter bellum interciperetur cōuentus patrum prouincialis, ad te cum pecuniis miseram, agas, & pro me coram præsentibus cōpareas, meoq; nomine singula, iuxta cōsuetudinem ordinis persicias, & necessariam mei absentiam reddas excusata. Quod ut uelis faciāsq; mutæ inter nos amicitia intuitu, te etiam atq; etiam rogo. Si quid me scire tuarū uolueris cogitationum, rescribe, ipsasq; literas tuas huic nuncio principis mei tradē, quoniā proficiscens ad Saltzburgam, expedita legatione sua ad nos per Augustā reuersurus est. Rationis nostræ trasactæ præsentia chirographū abbati Nurenburgēsi muneris consignandū. Vale ex Berlin 24. Martii Anno 1506.

IOANNES TRITEM. GEORGIO

Sibuto poëtae laureato Salutem.



Vdiuimus te cum Hermanno Trebellio inisse certamen, quod non fecisses melius iudicemus. Tuæ non congruit ætati scriptis laceffere senes, & pro lana caprina, ut quidam ait, gerere bellum. Magis te iuuenem decet audire seniores, & discere ab eis, non contemnere aut inuidere



dere melioribus, etiam si melius sapias. Verificatur in te Hesiodi poetæ sententia dicentis

καὶ κεραμῆς καὶ κεραμῆϊ κοτέει τὸ τέκτονι τέκτων.

”

καὶ ἥωχός ἥωχῶ φθονεῖ, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῶ

”

Et figulus figulum odit & fabrum faber

”

Et pauper pauperi inuidet, & poeta poetæ.

”

Est autē pessimum malum inuidia, neminē plus lædens quā suum autorem, superbix filia, uenenum mentis letiferum, quo diabolus maxime reus primum hominem supplantauit. Sed attende quid scriptura dicat. Paruulum, inquit, occidit inuidia, quod sanctus Papa Gregorius explicaturus dicit. Inuidere non possumus nisi eis quos nobis in aliquo meliores putamus. Paruulus itaq; est qui inuidia occiditur, quia nisi ipse inferior existeret, de bono alterius non doleret. Nullum inuidia monstruosius monstrum, nec aliquod damnosius damnū, quæ dicenda est merito erroneæ cæcitatē abyssus, humanæ mentis infernus, cōtentionis stimulus, corruptionis aculeus, & diabolicæ obstinationis introitus. In suum autorem grauius tendit inuidia, & mentē unde sumit exordiū ut uipera necat parentē, per quā diabolo fallente mors primū intrauit in orbē terrarū. Hinc Salomon auditorem instituens beneuolum in prouerbis dicit. Ne comedas cum homine inuido, & ne defyderes cibos eius. Inuidia enim cuncta bona deuorat ardore pestifero, animam turbat, sensum comedit, pectus urit, mentem adfligit, cor hominis quasi quædam pestis depascit. Ignis inuidia est inextinguibilis. Nam sicut tinea comedit uestimentum, sic & inuidia eum qui zelatur cōsumit. Cauere magis amicorum inuidiam Seneca monet, quā inimicorum insidias. Si non inuideris maior eris. Nam qui inuidet minor est. A lienum bonum malum suum inuidus facit, quod malū longe est à uiro docto, sa-

Inuidia pesti-  
mū malum.

Hiob.

Cap. 23.

piante & bono. Misericordia sola caret inuidia. Vnde magis patitur quam agere inuidiam expedit. Si uis carere inuidia, nolite uari gloriam lucubrationibus uanam, sed tuum imitare Tibullum in quarto dicentem.

» Nil opus inuidia est, procul absit gloria uulgi.

» Quis apertus in tacito gaudeat ille sinu

*Modestia  
qualis uirtus*

Modestum te in oibus exhibeas & eris sine inuidia gloriosus. Est autem modestia uirtus moderatrix animi passionum, gratum & spectabilem cunctis hominibus reddens intuentibus, ut sermone proferat libra iustitiae examinatos, sitque grauitas in sensu, & pondus in uerbis modusque. Non decet uiros, literarum studio deditos contentione inferuire, & rebus utilioribus neglectis pro inutiles sermone committere bellum, quo & mentes praecipitanti à rectitudinis euellunt statu, & auditorum corda ne ad sapientiae pertingant archana, nube uanitatis obnubilata fiunt. Eius uiri doctrinam libenter omnes admirantur, collaudant, latius suscipiunt, in cuius oratione modestia refulget simul & grauitas, ubi nulla contentio aemulationis pravae, nullus fastus cernitur superbiae, sed cum dulcedine uocis, mentis, & oris exhibetur tranquillitas, & amica sapientiae choruscatur humilitas. Nullus enim sapiens superbus & arrogans esse potest, qui autem elatus & superbus existit, sapiens non est. Maxima nobis humilitatis causa mortalitatis nostrae conditio est, superbiae uero nullam penitus causam habemus. Quid enim sumus o poeta, nisi homines, breui necessario morituri: uento & umbrae similes, ut Sophocles dicit in Aiaxe.

ὄρω δὲ ἡμᾶς οὐδ' εὖ ὄντας ἄλλο πάλιν  
εἶδω λ' ὅσοι ποδὶ ζώμεθα, ἢ κοῦφην σκίαν

Video enim nos nihil esse aliud, praeter

Simulachra quotquot uiuimus seu leuem umbram

Punctum

Punctum est, inquit Seneca, quod uiuimus, & adhuc puncto minus. Sed hoc minimum specie quadam longioris spacii natura diuisit, aliud ex hoc infantiam fecit, aliud pueritiam, aliud adolescentiam, aliud inclinationem quandam ab adolescentia in senectutem: à senectute uero ad pueritiam quandam statuit regressum, per quem omnia morte còcluduntur. Quid aliud est homo quàm sperma foetidum, sacculus stercoreum, & cibus uermium? Post hominem erimus cadauer putridum, ex cadauere uermes, post uermem fœtor pessimus & horror maximus. Et sic in hanc speciem uertitur omnis homo. Nam sicut in Ecclesiasta Salomon dixit: homo sicut egressus est nudus de utero matris suæ, sic nudus reuertetur in terram, & nihil auferet secum de omni labore suo. Miserabilis prorsus infirmitas hominis, quomodo uenit sic reuertetur. Quid ergo proderit ei quòd laborauerit in uentum? Cunctis diebus uitæ suæ comedit in tenebris, & in curis multis & erumna & tristitia. O fallacem hominum spem, Cicero clamat, fragilemque fortunam, & inanes nostras conceptiones, quæ mediocri in spacio sæpe franguntur & corruunt, & cum ipso cursu ante obruantur quam portum conspicerent ualuerint. Finem ergo tuum, Sibute, semper cogita, teque cognosce mortalem, nec mente superbiam malorum omnium matrem contigeris unquam. Sunt enim inexorabilia fata, & sicut Martialis inquit,

Lanificas nulli tres exorare puellas

»

Contigit, obseruant quem statuere diem.

»

Omnes morimur, & quasi aquæ in terrâ dilabimur, quem admodum & ille dixit. Debemur morti nos, nostraque mortalia facta peribunt, estque mors ultima linea rerum. Utilibus inuida studiis, quibus non solum corpori prouideas necessaria, sed etiam mens à morte horrenda seruetur immunis.

Reuerfuri ad propria breui tecum in Albiburgio tuo erimus, & quid nos ut audatius ista scriberemus permouerit sermone pandemus. Tu uero sciens nostrum in te amorem quam fecimus exhortationem nō execraberis. Vale tui memor. Ex Berlin 20. die mensis Aprilis. Anno Christianorum. M. D. VI.

## SERENISSIMO PRINCIPI IOACHIM


Brandenburgensū Marchioni, Stetinsium ac  
Pomeranorū Duci, Rugensū Cassubiaꝝq;  
Comiti, principi Electori & c. Ioan.  
Tritemius Abbas Spanhe-  
mensis fœlicitatem.



Vartadecima die mensis Maii Berlin oppidum residenti serenitatis tuæ, ut scis princeps clarissime, circa horam undecimā exiui, & iuxta prædictiones Astrophili nostri plura nobis cōtigerūt aduersa, sed miserāte deo euicim⁹ oīa. Sex nāq; diebus morbo calculi & uesciæ laboras grauiterq; afflictus remanere in Lypczig coactus sum, & manibus me cōmittere medicorū, qđ antea feci nunq;. Cumq; uenissimus ad Rhenū p̄ satellites cuiusdā iniquissimi Comitis in cēdiarii monasterii Lymphurgēsis ego cū nūcio serenitatis tuæ familisq; meis & uno monacho mentorati cœnobii exusti capti sumus infesto sanctissime Trinitatis circa horā undecimam, ductiq; in castellum uicinum. Eodem tamen sero cognoscentes me sub tuitione regia custoditum omnes nos dimiserunt causam propter quam nos cœpissent afferentes nō aliam, nisi qđ me negociis combusti monasterii Lymphurgensis fauentem arbitrarentur. Qua contumelia factum est, sicuti ex tuo intelliges nuncio, qđ neq; ad Archiepiscopum Coloniensem, neq; ad Treuerensem, sed neq; ad Moguntinensem tuas perferre commissiones

missiones potui. Agam tamen quamprimum, ut & tuas literas habeant & intelligant uoluntate. De meis uero rebus nihil certi scribere possum, quousq; cum excellentissimo principe meo locutus fuero, qui nunc est absens, & statum fratrum meorum, simul & mētes æmulorū clarius intellexero. Nullatenus enim uidebor in Spanheim, nisi cuncta prius obstacula remota fuerint. Quòd si non fuerit æmulorum conuersa temeritas, faciã alterum è duobus, aut reuertar ad te sicuti postulasti, aut eligam mihi locum in ordine studiis meis conuenientem, ubi & possim tuam Serenitatem meorū facere studiorum participem. Audisti me sapius dicentē quod sentio, quia curias sequi principū, nec meo conuenit proposito, nec plane congruit institutioni. Quaram ergo cōuenientem mihi in latitudine ordinis mei locum si fieri potest, quem si inuenire nequi uero, facturus sum necessario quod possum. Tuæ uero serenitati gratias habeo immortales pro tuis in me amplissimis beneficiis non solum exhibitis, sed etiam amplioribus, si necesse fuerit, promissis. Excellentiam tuam cum omnibus suis ualere opto incolumem Nestoreos in annos. Ex Heidelbergâ 18. die mensis Iunii. Anno Domini 1506.

IOAN. TRIT. AB. SPAN. DILE-  
ctis in Christo fratribus & filiis Priori & con-  
uentui in Spanheim synceram in  
Domino charitatem.

 E Marchia Brandenburgensium tandem cum salute ad patriam reuersi, Theodoricum capellanum nostrum ex Francfordia præmissimus ad uos, quo ea referēte quæ illi commisimus, & statum intelligeretis nostrum & mentem. Qui retulit nobis Budorim reuersus ad nos desyderium uestrum, quo precamini ad uos quantotius reuertamur,

neminem esse neq; futurum qui nos molestare possit aut uelit. Credimus quidem uera quae dicitis in cordibus uestris, æmulis tamen confidendum non duximus, quorum tanta in nos praesumptio à nemine iudicatur. Propterea sine cōsilio nihil faciemus, maxime cum quidam inter uos ambitione, & infidelitate pleni Cynonotis consentire potius q̄ nobis pastori suo conuincantur manifeste. Deū testamur omnipotētē, quem nihil potest latere, q̄ libenter quidem reuerteremur ad uos, si uestra erga nos integritatem possemus habere exploratam, de qua nos subdubitare compellit, q̄ toties moniti à nobis nihil cum Duce contra æmules egissis. Sed mittite ad nos Priorem uel alium quempiam ex uestris, cui mentem latius nostram explicare possimus. Nam & si neminem qui nos ledere possit reueramur, quippe qui non metu cuiusquam foris manemus, sed facti duntaxat indignati memoria, tamen redire ad Spanheim sine principis Palatini cōsilio nequaquam intendimus. Valere, Deum orantes, ut eius sanctissima impleatur uolūtas, quae nunquam potest esse non recta. Ex Heidelberga 20. die mensis Iunii Anno Christianorum 1506.

## SANCTISSIMO IN CHRISTO PATRI

Iulio papae secundo Ioan. Trittenius abbas

Spanhemensis humilima pedum  
oscula beatorum.



gnis quem Dominus noster Iesus Christus, Patris aeterni filius misit in terram, uoluitq; in cordibus hominum uehementer accendi, me ultimum subditorum tuorum clemētissime pater nullus apud diuinam pontificatus tui sedem, praeter fidem & deuotionem, uel meriti, uel momenti compellit, ut causam diui Beinnonis merito & sanctitate Masnensis Ecclesiae dignissimi quondam episcopi, meis  
altiorum

altiozem uiribus, ad instantiam Christianissimi Saxonum Ducis Georgii, apud tuam clementissimam paternitatem, quia uerbis nequeo, mutis uel literis agam. Is, ut ueterum monumentis edocemur, ab infantia praeuentus diuino spiritu totum se Dei mancipauit obsequio: fide clarus, uirtute & constantia infatigabilis, spe robustus, amore & charitate in Deum & ad proximum omni tempore semper feruentissimus. Ex monacho regulæ sancti Benedicti primus monasterii quod Goseck in dioecesi Nuenburgensi non longe ab ipsa ciuitate situm nuncupatur, abbas institutus, triennio ferme præsedit in omni religione & sanctitate. Quo elapso monachorum suorum inuidia stimulatus, iniuriisq; aduocati comitis impetitus, monasteriū cum Abbacia deseruit, & heremum Christo in tranquillitate seruiturus intrauit. Inde per Victorem papam secundum uocatus, Goslarie ecclesiæ rector constitutus est, & crescentibus semper in eo meritis sanctitatis, postremo Misnensis Ecclesiæ pontificatum canonica electione fratrum adeptus fuit. Qui ut nomē tantæ dignitatis non infructuose uideretur sumptisse, ad utilitatem ouium Christi summi pastoris sese totum conuertit, in oratione continuus, & in prædicando Verbum Domini, tam Sclauis, quos ad fidem conuertit orthodoxā, quàm suis atq; in circuitu fidelibus mirabili incredibiliq; seruore deuotus. In ea quoq; persecutione qua Henricus imperator tertius summis Romanæ Ecclesiæ pontificibus inobediēs hostis atque rebellis uniuersam in Germania præcipue turbauit Ecclesiam, Benno uir Dei, præsul quoq; magnificus, in fide & amore domini sui formatus, & Apostolicæ sedi semper fidelissimus, in faciem tyranno restitit, peccantem redarguit, sententiamq; anathematis, quam Papa decruebat, in eum confidenter fulminauit, schismaticum, maledictum, & reproba-

*Bennois epi  
scopi Misnē  
sis nit.*

tum à Deo, nisi pœnitentiam ageret, ad iudicium uicarii Christi, publice illum prædicans & denuncians cunctis fidelibus. Pro his omnibus coniectus in uincula & carceres, iniurias & contumelias, opprobria simul & uerbera passus, hilari semper mente canebat. Mihi adhærere Deo bonum est, quoniam Christi uicario magis obediendum quàm homini maledicto. O uirum uirtutibus plenum meritisque excessum, ter sanctum quaterque sanctissimum, qui solidatus in petra cōstantiæ Apostolicæ, sese murum pro domo Dei tam necessario ac periculoso tēpore cōfidenter opposuit, & pro honore sacrosanctæ sedis Apostolicæ fortissime decertās, nulla tyrannorum uincula formidauit. O pontificem sempiternis extollendū laudibus, cuius uita cunctis uirtutibus omniisque sanctimonia choruscans merito nobis in exēplum proponitur, quam Deo placuisse altissimo infinitis pene miraculis usque in præsentem diem manifeste declaratur, usque adeo, ut si miraculorum testimonio sanctorum integritas cōprobāda indicitur, nemo sanctior diuo Bennone his tēporibus iudicandus uideatur. Quotidie ad eius sepulchrū stupenda fiunt miracula, semperque mirādis succedūt mirabiliora. Et quamuis pater beatissime Iuli, Benno pro suis meritis apud Deum optimum maximum mercedem & gloriā in cœlesti palatio iam susceperit æternā, suoque ineffabili spiritus principio cōiunctus per gratiā non naturam, sine fine beatus, nostros minime requireret honores, quippe cum omnia in summo illo habeat bono, nobis tamē & posteritati fidelium, autoritate sanctissimæ sedistue consulendum fuerit, qui sanctorum patrocinio indigemus. Bennonem testantur miracula sanctum, clamāt uirtutes honorandum, fidelem experientia sanitarum pollicetur patronū. Hoc unum uotis obstat omnium, & beneficia impedit singulorum, quod cum autoritate sedis Apostolicæ nondum apud nos in



nos in catalogū sanctorum uideatur adscriptus Benno, quem regnare cum sanctis in cœlo non dubitamus, ab eis ueneratio ne cogantur desistere, neq; suffragia tanti uiri nobis liceat inuocare. Sed cū uita eius sanctissima plena uirtutibus à uetustioribus suisq; contemporaneis luculenter habeatur descripta, & multa quotidie in Ecclesia Misnensi ad eius tumultum fiant miracula, Christianitatis amator, cultor, atq; defensor integerri mus & Christianissimus princeps Saxonū, Misnensiq; Dux memoratus Georgius, pia deuotione motus, pro eius canoni zatione laborandum duxit, & commissarios qui examinarent singula, à tuæ sanctitatis prædecessore Alexandro Papa sexto impetrauit. Alexander uero morte sublatus expedire negociū diui Bennonis non potuit, & forsitan non debuit, propterea q̄ diuina prouidentia tanti uiri honorem tuis temporibus de putauit, tibiq; amicissimum sibi præsulem sanctorū adscriben dum catalogo referuauit. Quocirca tuā sanctitatē beatissime pater qua possumus humilitate rogamus, Bennonē apostoli cum uirum nobis uenerandum concedas, eiusq; nomen cum sanctis Dei confessoribus celebrandum inscribas, & quod tuo muneri referuatum est, in gloriam alterius non patiaris deuenire. Crede mihi pontificum maxime, Bennonem conferendo patribus diuis cultū Dei non mediocriter ampliaueris, tuo quoq; celeberrimo nomini sempiternā apud Saxones memoriam cōparabis in terris, & diuo interueniente Bennone, pro ampliato cultu diuino bonā recipies mercedē in cœlis. Hoc unanimiter à tua sanctissima maiestate petimus omnes quot quot diui Bennonis merita uel in nobis uel in aliis sumus ex petiti. Exaudiamur à te clementissime pater iterum atq; iterū rogamus, faciesq; rem gratam Deo, utilem & honestam populo Christiano, & supplicantibus nobis perpetua gratitudine

memorandū. Omnipotens Deus, cui<sup>9</sup> uicarium agis in terra beatitudinem tuam ad nostram salutem diu conferuet in colu mem. Ex Budori 21. mensis Iunii Anno Christianorum. 1506.

IOANNES TRITE. AB. SPAN. DILE-  
ctissimis in Christo filiis sincerā in Dño charitatē.



Vām mutantur cito mentes hominū quotidie satis experimur, non solum in extraneis, sed etiam quod ualde miramur in uobis, si tamen uera sunt quæ nobis per Priorem uestro sunt nomine relata. Ad monasterium reuertamur oratis, & obstacula quæ mentem nostram non in merito offendunt, quod sæpe mandauimus, nec dum abstulisti. Cogitate fratres cui potius hæc uestra negligentia nocere possit. Non existimetis me anhelare ad Spanheim, qui alibi mihi cū dei auxilio facile melius possum prouidere. Vestri tñ misereor, uos inuitus defero, quos in Christo congregans enutriui. Quod si mihi p uos data fuerit occasio qua uos iuste deserere possim, scientes scitote quia nunquam in æternum ad uos redire consentiam, sed fortunam sequar oblatam. Quam temerariam nobis iniuriam fecerint amuli non ignoratis, licet ipsi nunc dicant, nihil se in odium nostri cogitasse, sed in illos potius cœpisse iniuriam, qui minas abbati Moguntino intulerunt. Quod uero consulitis Duci literas scribamur supplicatorias, est causa nos prohibens, maxime uero manifestum, q̄ nihil in eum peccauimus unquam, ipse uero in nos cuius sit animi, & quam ob causam, nos non latet. Vos autem quod bonum uobis uideatur cum illo agite, nos quidē ad eū pro nobis non scribemus. Complacuit autem nobis non absque ratione, causam differre omnem usq; ad capitulum annale, quod in proximo celebrabitur apud Moguntia, quo & patrū exploremus sententiam, & eos in re tam ardua noluisse præterire

compro

comprobemur. Interea paululum sustinete, quoniam celebrato capitulo uobis mentem nostrā opere faciemus manifestā. Valete & pastoris uostri memoriam ad deum habetote. Ex Budori 6. die mensis Iulii Anno Christianorum M. D. VI.

IOAN. TRITE. AB. SPAN. IACOBO  
Vuimphelingio Selektadiensis amico S.



N toto biennio nunquam mihi data fuit occasio qua tibi certo scribere possem, bello in nos leuete grauisimo, & magnā rebus nostris mutationē, deo sic permittente, sumētibus. Nam anno salutis nostrae quarto supra quingentesimū atq; millesimū circa festū Pentecostes cōspirantes in unum Bauari, Sueui, & Halsones, cū certis aliis principibus, Comitibus, ac ciuitatibus, omnē terrā ferens. principis nostri Philippi Comitis Palatini, tam hic circa Rhenū quā in Bauaria ubiq; hostili peruagantes incursum, quicquid inuenerūt nō satis nūnitū rapuerūt, nulli parentes loco, nulli religioni deferentes, sed neq; sexum reuerentur, neq; aetatem. Spoliauerunt Ecclesias & monasteria deprædati sunt, auferentes quicquid inuenerunt, calices, altarū quoq; operimenta, campanas, & cuncta utensilia, tam ad diuinū cultum, quā ad hoīm pertinentia usum. Multae circa nos uillae satis pulchrae & magnae cū ornatissimis ecclesiis per hostes incensae sunt, funditusque ignib<sup>9</sup> cōsumptae iacēt. Illud quoque insigne cœnobiū nostri ordinis Lympurg. ppe Dur. kheim p satellites Comitis de Lyngen eū ecclesia & oībus habitatiōibus suis in fauillā redactū est penit<sup>9</sup>q; destruktū. Duo illa monasteria circa nos altere porta Maria Vuilhelmutae p Alexādriucis, altere uero S. Disibodi Cisterciensium per Palatinēses oībus mobilibus bonis tūc

Belli Bauari  
ci mentio

inuentis spoliata fuerunt, & ne incenderentur pecunia redempta. Nostri quoque monasterii cortes pene omnes aut incensae, aut aliàs penitus destructae iacent. Interea dum hæc agerentur hic circa nos, ego in oppido Palatini proximo Creutzenach, quo in uigilia Petri & Pauli hostium timore secesseram, per duas & uiginti hebdomadas manere coactus fui, non sine maximo rei familiaris iactura. Quicquid enim fuit in monasterio, ne hostibus cederet in rapinam, illuc deferre oportebat. Et multa quidem inter uehendum reuehendumque fuerunt distracta uel etiam collisa, dum nemo nostrum adesse potuit, qui diligentiam rebus necessariam adhibuisset. Sedato tandem ut cunq; tumultu furientis populi, ad cœnobium reuertor meum, frumento & necessariis pene uacuum, quæ omnia ratione belli fuere consumpta, & ecce paucis mensibus transactis me Budori existente, quidam ex monachis & capuciatis nostris, quos appellamus donatos, nescio quo spiritu ducti, cum Cynonotis, propter Palatinum nobis occulte infestis, in nos cospirasse notati sunt, & Ducem Transsylvanum nobis reddiderunt infensum. Qui falsis delationibus accommodans fidem, quosdam ex familia nostra sub immunitate ecclesiastica fecit detineri, causas confictas allegans, cum omnia ex alio fonte prodirent. Ego Budori factum audiens, rei indignitate permotus, à prima die mensis Aprilis millesimi quingentesimi quinti salutis nostræ anni usque in hunc diem extra monasterium mansi, non metu Ducis uel alterius cuiuscunq; sed iniuriarum memoria indignabundus. Fui in Marchia Brandenburgensi mensibus nouem, cum serenissimo principe Ioachim facti imperii electore, à pluribus annis desideratus ab eo rogatusque, & iam remuneratus ab illo non mediocriter discedens Budorim reuersus sum, hicque manens donec uideam quid mihi sit utiliter faciendum. Multæ sunt

rationes

rationes & causæ penes me, propter quas redire ad Spanheim non facile consentiam: ne quid tamen egisse uidear inconsultis patribus, ordinis eorum præstolabor cōuentū, qui in capite Septembris apud Mogunciacum ex more celebrabitur. Si rebus meis potuerint utili ratione consulere, bene factum est: sin uero nequiuerint, uel certe neglexerint, dabit ipsa necessitas mihi cōsiliū, ut fortunam sequar urgentē. Neq; primus sum qui locum sibi cōmissum iniuriatus deseruit, ne seruiret ingratū, cum plures ante me non solum abbates, uerum quoque & pontifices suas propter improbitatem subditorum dignitates prælaturasque dimittentes propriæ consuluere saluti. Omnipotens ac piissimus DEVS, qui pascit auiculas cœli, *Psal. 146* datq; iumentis escam in tempore oportuno, mihi quoq; non dubito prouidebit unde uiuam, qui nec multa desydero, nec magna concupisco. Habes enim uictum & uestimentum, iuxta *1. Timot. 5* uerbum sancti Christophili, hisiam didici contentari, sicuti & Græcorum quidam dixit:

Οὐκ ἐθέλω πλεῖν, οὐκ ἐνχομαι, ἀλλὰ μοι εἶμι      cc

Ἰὴν ἀπὸ τῶν ὀλίγων μισθῶν ἐχοντι κακῶν      cc

Non quæro ditari nec opto, sed mihi sit      cc

Viuerē in modicis nihil habenti malum.      cc

Scire cupimus quid cuderis noui: neq; ocio te languescere credimus, neq; sine Iucubratione continua expendere diem posse uel unum. Vale nostri memor ad Deum. Ex Budori ultima diemēsis Iulii Anno Christianorum 1506.

IOANNES TRITEMIUS AB. SPAN.

Opt. fratri Ioan Nutio Salutem.



Enit ad me Prior sine literis cuiusquam, uerbo significans capita factionum apud Bingiones conuenisse nostri causa ad quartum diemēsis Au-

gusti, quorū & ipse interfuit consilio, unā cum suo collega Bignonita, retulitq; nobis in illo impietatis consilio quādā amulorum dicta simul atq; conclusa, quorum sentētia hanc uerborum complectitur summam. Ad monasterium reuertamur se maxime optare dicunt, nobisq; ex parte Ducis atq; suorum nihil esse uerēdum, utpote qui & reditum ualde cupiat nostrum, & dixerit manifeste sapius, nihil se aduersum nos sensisse uel cogitasse unquam. Quōd si nobis redire ad cōnobiū non placeat, optare Ducem simul & mēdaces illos p̄fbyteros senes, q̄ Abbatiam resignemus, se tamen malle reuertamur q̄ cedamus. Hęc prauorum summa cōsiliū, super qua Melantius Prior nostrum quod referret optabat responsū. Instare capitulū diximus Moguntiaē celebrādum in capite mensis Septembris, in quo causam patribus examinandā proponere intendimus, & quid consulant audire. His cognitis prior discessit, relaturus ad ducem. Post cuius digressum altera mox die Ioannes Damius nobis aperuit, literas se apud priorem uidisse nobis inscriptas nomine conuentus nostri, quem interrogatum quid continerent, respondisse, inuestiuam contra abbatē. Et Damius. Contra abbatem (inquit) scribit conuentus? O stultissimi & infani quid nam agitis? A treptisq; de manu Prioris literas aperuit, legit, Priorisq; temeritatem mirabatur. Continebāt enim quosdam in nos, ut asseruit, articulos, per solum Priorem nostrum apud Mogunciacum, adiutorio illius destructi hominis Petri Sharpionis confictos, & nomine conuentus nostri ignorantibus ipsis mendaciter conscriptos. Damius autem postea quam legerat schedulam rupit, ne nostras incideret manus. Hęc iniuria prioris nostri denuo moti, nobiscum statumus frater (quod te minime latere uolumus) nūquam redire ad Spanhem, sed nobis ut poterimus alibi prouidete, iam enim nobis

constat.

constat manifeste prioris infidelitas, qui se nobis eatenus finxit esse fidelem. Scimus quod ad abbatiam nostram aspirat, propterea nobis molitur insidias, dulcia in ore uerba, sed dolum machinatur in corde. Cedemus ergo non inuiti sed uoluntarie, & quamuis tenere Abbatiam nostram possemus etiam de monasterio absentes, & Duce & uobis omnibus inuitis, libere tamen post dies paucos & sine passione dimitemus, quemadmodum ante annos tres & uiginti ad eam sine pacto nescientes canonice fuimus electi. Facilis est nobis iactura terrenae dignitatis, qui nos scimus esse mortales, nec pensi habemus quid uocemur, sed potius quid simus attendendum duximus. Sed prioris ingratitude miramur, quem & beneuolentia singulari semper extulimus, & multis beneficiis profecuti sumus.

○ Prior infidelissime omnium monachorum, Iudæ non immerito comparandus traditori, quam impie contra nos egisti, immemor beneficiorum in te nostrorum omnium. Nonne parentes tuos ex terra Lucenburgensi bello & incendio profugos, puperos & egenos, amore tui suscepimus, fouimus, & per annos iam tres & uiginti de monasterii substantia, contra illorum fratrum sententiam, enutriuimus, eisque domicilium cum omnimoda libertate in ulla Spanhem tradidimus gratis: eis quoque de monasterio quotidie praebendam integram & ambobus sufficientem per nostros ministrandam ordinauimus, quam & singulis diebus accipiunt usque in hunc diem. Te quoque in sacerdotem ordinari fecimus, deinde in capellanum & commensalem nostrum assumpsimus, postea in cellerarium monasterii primum constituimus, de quo quidem officio cum te propter leuitatem tuam amouere fuisset necessarium, ut nulla tibi oriretur confusio, in Priorem te nostrum reclamantibus multis eleuauimus, Nihil tibi ratio

nabiliter postulanti unquam dēnegauimus, te quoque, quod diffiteri non poteris, ut oculi pupillam nostri semper custodiimus, & contra omnium murmuraciones fratrum, quas tua suscitasti negligentia, tibi nimium credulus, per annos iam ferme quatuordecim manutenui & defensiui. Tu autem quæ nobis reddideris in hac ipsa tribulatione nostra, omnipotens Deus qui nouit non dubitamus suo tempore ut intelligas dabit. Nos etiam non in uindictam, sed ut intellexisse nos tuam ingratiudinem agnoscas tibi antipodosim suo tempore scribemus. Quid tibi nūc amantissime senior Nuti uideatur, iustēne mouemur ad cedendum an iniuste? qui talem in Priore nostro ingratiudinem & malitiam inuenimus, in quo confidere præ cæteris solebamus. Scribit in nos eulogia sub nomine conuentus, ignorantibus cunctis, qui nihil de nobis mali scribere cum ueritate potuit unquam. Putabat forsitan homo stolidus & ambitione plenus, si huiuscemodi literæ in manus deuenissent nostras, quòd contumelia moti in conuentum arma uerteremus, ipsosq; fratres scribendo durius, nobis faceremus auersos, ac per hoc sibi præberetur introitus ad Abbatiam. Sed nos omnia dissimulare statuimus, propterea, quòd redire ad Spanheim minime cogitemus. Nostrum in hac re consilium non facile mutabimus, nisi maiorum forsitan, quod absit, autoritate compellamur. Quæ spes salutis, quæ nobis confidentia pacis esse cum talibus posset? qui beneficiorum immemores nec Deum timent, nec homines reuerentur, sed nec rationem propriæ considerant salutis. Hac interim tecum amantissime frater, donec ueniat dies perficiendi consilium. Vale nostri memor ad Deum in orationibus tuis. Ex Budori decima quarta die mensis Augusti Anno Christianorum 1506.

R. ueren-



## REVERENDIS IN CHRISTO PATRI

bus præfidentibus, diffinitoribus, cæterisq; abbatibus, consilium annale ordinis S. Benedicti apud Mogunciam celebrantibus Ioan.

Trite. abbas Spanhemem. reuerentiam & honorem.



D sacrum ordinis conuentum, quæ modo celebratis, amantissimi patres, uenire personaliter constitui, propter causas & negocia quæ me concernunt, non minima, quemadmodum partim ex his meis literis, partim ex latore ipsarum Ioanne Damio mihi professio monacho intelligetis. Sed nimium in me fauente fortuna prohibet. Nequissimus enim tyrannus ille Comes de Lyningen, qui anno priore monasterium Lymphurgense funditus incendio destruxit, omnes uias ad Moguntiam dirigentes latronibus occupauit, ut uel me capiat, uel dicti cœnobii abbatem, sicuti à multis tam occulte quam manifeste sumus informati. Abbatem enim memorato insidiatur, propterea quod eum coram Regia Maiestate & principibus super spolio & incendio monasterii accusauit. Me autem persequitur eadem ratione, quia non solum Coloniae, sed in aliis quoque locis iustis partibus abbatis semper fau consuluig, & multis dietationibus contra tyrannum sæpius interfui. Hinc offensus nos ambos odio graui persequitur, & si manus eius incideremus, non sine periculo possemus euadere. Me quoque nuper de Marchia Brandenburgensi reuersum, cum omni familia mea, quæ tunc erat mecum, satellites eiusdem tyranni existentem in monasterio Sebach mihi commissio, in domo hospitium cœperunt, & in castellum eius uicinum duxerunt, ipso tunc absente tyranno. Qui cum postmodum reuertens factum didicisset, grauius suos increpauit, quod

me dimississent, & mihi iam ampliori insidias uasania. Quantum uero ad negocia mea pertinet, neminem uestrum credo latere, quàm grauter anno priore fuerimus afflicti omnes, qui subtritione serenissimi principis Palatini sumus cōstituti, bello & crudelitate Pinalcontum Hassonum, qui omnia circa nos percurrentes rapuerunt, ecclesias cum uillulis incendio confumentes. Horum ego metu cum ne religioni quidem parcerent, in proximum declinaui oppidum, ibiq; donec illa qui euisset commotio permansi. Reuersus tandem ad monasterium multa comperi me absente perpetam acta, moresq; quorundam fratrum ab institutione regulari miserabiliter degenerasse, ac talia commississe, quae silentio non uiderentur penitus transeunda, sed merito potius iuxta formam regularis disciplinae corrigenda. Metuentes autem scelera in autores uindictam quam se meruisse non ignorabant, occultis machinationibus quosdam è familia nostra, de quibus suspicabantur me omnia eorum scire quae facta fuerant, relatione infamare & lingua circumferre coeperunt, primum ad officiales Ducis Ioannis, ac deinde ad quosdam alios nescio quam contumeliam eis imponentes. Interea me cōtigit in causa exusti cœnobii Lymphurgensis Heidelbergam uocari, ubi cum essem per dies aliquot, officiales memorati ducis, nescio cuius imperio, quosdam è familia nostra coeperunt & uinculis manciparunt, ad instantiam abbatis Moguntinensis, ut est fama, qui monacho uni sagitio maluit dare fidem, quàm mihi & toti cōuentui meo Spanhemensi. Huius ad me facti nuncio relato, non mediocriter mihi uidebar offensus: nec immerito quidem, propterea uel maxime, quòd me absente nec prius auisato contra iuris ordinem talia praesumpserunt. Verebar enim quod accidit, ne uulgus,

vulgus, turba in uicium alioquin credula nimis, aliquid de me suspicaretur sinistri, quasi mea capti detinerentur causa. Plura mox in uariam à populo dicebantur sententiam, tantusq; subortus est in circuitu rumor, quòd redire ad monasterium non statui, priusquam iniuriantium temeritas condigna satisfactione plecteretur. Detulifacium omne ad principè Palatinum, cuius consilio & assensu foris mansi usque in præsentem diem. Cernentes æmuli quòd nollem redire ad monasterium, magis insanire cœperunt, quorum minas parum curauit. Mansi autem Heidelbergæ & Spiræ mensibus duobus, febribus & indignitate facti æger & infirmus, sine meorum auxilio uel consolatione, quousque tandem uocatus à serenissimo principe Ioachim Brandenburgensium Marchione Coloniæ descendit: indeque Principe meo Palatino consentiente Marchiam ipsam Brandenburgensem cum Marchione ingressus sum. Inde post menses nouem reuersus ad patriam, cum tumultus æmulorum sedatos crederem, concitiores quorundam ambitione, ut dicitur inueni. Consideratis itaq; singulis apud me statui, nequaquam deinceps seruire ingratis, neque illius subesse dominio, apud quem plus ualere mendacia quàm ueritas, ut cuiusquam integritas uitæ fiduciam sui nullam, sola caperet impiorum adulatio firmitatem. Sum enim uoluntatis dimittendi monasteri cum Abbatia Spanhemensi, nisi uos aliud rationabiliter decreueritis, quibus cupio pro uiribus obedire. Quid mihi & Cynonotis est aut quæ potest mihi esse quies mentis in medio peruersorum constituto? Confido in DOMINO IESU CHRISTO fidei saluatore animarum, quoniam me pauperem seruulum suum non despiciet in finem, etiam si à uerbis omnibus fuero desolatus, Annis iam uiginti & amplius, sicuti uos ipsi scitis,

pro communitate ordinis atque capitulo continue laboraui, scribendo, dicendo, uisitando, causas & commissiones innumeras unionis nostræ coram episcopis atque principibus aliisque diuersis expediendo: nec hodie quisquam in ordine uiuit, quitantos labores pro bono cõmuni tolerauerit, quãtos me scitis ptulisse. Per Sueuiã, Franconiã totã, Alsatia, perq; diocesem, Treuerensem, Coloniensem, Moguntinensem, Spirensensem, Bambergensem, Herbipolensem, Argentinensemq; nõ semel aut bis, sed multoties uestro iussu uisitauit, multo tempore de monasterio meo absens uobis imperantibus ppria neglexi curans aliena. Quid p his oibus mercedis consecutus sum? Nisi omnipotens Deus in futura illa retributione iustorum mihi per suam misericordiam mercedem cõferat laborum, omnia coram hominibus perditã dixerim. Videte quæ fecerim, & quã in iniuste patiar intelligetis. A multis uero annis hæc in me pullulauere mala, ea præsertim occasione, quod me in uisitacionibus diutius occupato, fratres mei non satis religiose uixerunt, & Cynonotos, quod nunc experior, in odium mei occulte prouocarunt. Non ex opinione scribo: etenim manifestæ sunt quæ dico. Sed culpas fratrum meorum in lucem proferre nec uolo nec debeo, magis autem patientiam completens, exemplo sanctorum patrum oues incorrigibiles dimittam. Reliqua uestris paternitatibus proponenda latori præsentium præfato commisi. Opto uos in Christo ualere memores mei. Ex Budori 20. die mensis Augusti Anno. Christi 1506.

IOANNES TRITEMIUS ABBAS SPAN.

Conrado Abbati monasterii sancti Stephani

in ciuitate Herbipolensi

Salutem & charitatem.

R. C. U.



Euerende pater amice & frater charissime, cū iuxta  
 uulgatū prouerbiū in necessitate probetur amicus  
 uerus sit an falsus, nihil in hac mea desolatiōe magis  
 à te positulo, quàm ut (si ullo modo fieri potest) ad me Budorim  
 uenas capitulo celebrato. Multa enim in corde meo con  
 cepta tibi dicenda uersantur, quæ literis demandare mortuis  
 nullatenus possum. Neque tuam charitatem existimo latere,  
 quibus agitor procellis persecutionum quorundam Cyno  
 notorum, qui se obsequium Deo præstare arbitrātur si me gra  
 tis fuerint persecuti, non minus inuidia quàm odio mei laborātes.  
 Ego autem qui optime nouerim per multas tribulationes in  
 troitum patere regni cœlorum, me, quantū potui hætenus, pa  
 tientia DOMINO IESU largiente, armaui, non uolens  
 malum reddere pro malo, sed iræ potius dare locum, absens  
 à monasterio meo in septimum decimū hodie mensē per  
 mansi. Causa uero non una solum sed plures mihi ne ad mona  
 sterium reuertar in æternum persuaserunt. Dux Cynonorū  
 æmulis meis nimīū credulus, nostris male partibus fauet, quā  
 uis ut reuertamur optare uideatur. Sed eius non sequar impe  
 rium qui fertur dixisse: reuertatur ad monasterium suum ab  
 bas uester nihil metuens: ego enim neque malū illi facturus sum,  
 neque bonum. Satis animū in nos tuum declarasti, o princeps,  
 nec interprete opus est ullo, intelligimus enim quā rebus no  
 stris faueas bene, qui te nobis manifeste nihil boni polliceris fa  
 cturum, sicuti nec antea quicquam fecisti. Igitur ualeas cum adu  
 latoribus tuis, ego deinceps tuo subiici dominio non consen  
 tiam in æternū. Omnipotentis sequar consilium, qui nihil sine  
 causa permittit, cuius miserationi confidens non timebo quid  
 faciant mihi homines iniqui, ambitiosi & ingrati, qui me pro  
 pterea persequantur, ut eorum satisfaceret ambitioni, quod rei

probabit euentus. Scripsit in me, ut fama est, prior meus eulogia nomine cōuentus, mēdaciis plena & sine raticne conficta. Mira hominis dolositas. Literis penē continuis pulsat, uerbis quoq; & lachrymis quoties uenit ad me orat, petit, & rogat, tā suo nomine q̄ cōuentus, ut ad monasteriū nostrū reuertamur, omnē subiectionē obedientiāq; promittēs, & in occulto nobis aduersa machinatur. Hac dexterā manus iniuria & scādalo motus, quanq̄ serenissimi principis Palatini aliorūmq; fauore & assisētia has iniurias propulsare possē, abbaciāq; retinere meā etiā absens omni tēpore à monasterio, Duce cū omnibus aemulis meis non attētis, animū ad resignandū tamē induxi, malens conscientiā meā ab his malis quæ sequi possent, seruare innocentem, q̄ illatas uindicare cōtumelias. Statui ergo apud me tātis cedere oneribus curā pastoralis, & deinceps nequa q̄ seruire ingratis, exēplo sanctissimi patris nostri Benedicti, & cōpluriū ipsū sequentiū patrū, qui prouocati suorū ingratitudine monachorum, relicta pastorali cura ouium morbidarum, ad alia loca suā saluti prouisuri sese contulerunt. Sed de his colloquēmur ad plenum cum tua charitas ad nos uenerit Heidelbergam, ubi ego & Lympurgensis abbas te simul & Schotterensem præstolamur, uēturosq; omnino speramus. Opto paternitatem tuam diu ualere incolumem. Ex Budori 20. die mensis Augusti, Anno Domini 1506.

IOAN. TRIT. AB. SPAN. HENRICO

Abbati Burffeldēnsi Salutem.

**D**Eus omniū unus optimus maximus, qui nihil ignorat, noscēs abscondita cordiū, ipse scit q̄ absentaueri me à capitulo inuitus, causam habēs nō modicam, qua perurgēte plus q̄ libenter eius interfuissem celebrationi, nisi me, quē admodū & abbatē Lympurgensem, Comititis tyrāni sauitia:

ſauicia impediret. Multorū enim cōſiliis auſati ſumus, ne uia-  
 rum periculo noſ tāto ſubiiciamus. Nos enim maliciā eius non  
 ignoramus, quæ tāta eſt, ut nec Deū timeat, nec hominē reue-  
 reatur. Damonē plenus eſt & penē furioſus, utpote qui anno  
 priore bello ſauieſt in pauperes, nō ſolum Lymphurgēſe mona-  
 ſterium, ſed & alias complures Eccleſias pulcherrimas diaboli  
 agens officium ignibus incendens penitus deſtruxit. Hinc ſem-  
 per præſumit ſæua perturbata conſcientia. Si me (quod Deus  
 auertat) denuo caperet, quis de manibus inſanientis liberaret?  
 Pro corpore & uita res agitur, quam toto mūdo duximus præ-  
 ferendam. Ego penes me conſitui quid facturus ſum, nō unius  
 noctis ſed plurium menſium conſilio mature deliberatus. Ab-  
 baciam meam breui intendo reſignare, & mihi cum Dei auxi-  
 lio principisq; fauore alibi ubi potero quietius providere. Non  
 cupio redire ad Spanheim, nec Ducis opto reconciliatio-  
 nem, quoniam qui mihi ſine cauſa inſenſum ſe præbuit, ſub  
 ſuo me dominio deinceps non habebit. Sunt duo in Span-  
 heim qui totius mali fuerunt inſentores, quorum alter eſt Pri-  
 or, alter fuit Cellerarius, uterq; abbatiam adſpirat, ſinant pa-  
 tres ut præualeant ſi uelint, ego me conuertam ad ſemitam pa-  
 cis impiorūq; cōſortia euitabo. Abbas ſancti Iacobi Mogun-  
 tinus omnia hæc mala præueniſſet, ſi mendacio non plus cre-  
 didiſſet quā ueritati. Deprehenuſ nanq; publice in crimine cel-  
 lerarius, me quidē abſente metuēs poenā ad ipſum cōfugit ab-  
 batem, & ut ſua defenderet uicia mendaciter conſinxit aliena.  
 Credidit ille mētenti potius q̄ ueritati, totūq; putabat Eua-  
 geliū quod frater pro ſui deſenſione excogitauerat. Reuerſus  
 ad monaſteriū ego, cū facti hitoria didiciſſem, grauiter quidē  
 tuli nō ſolū crimē fratris ſed etiā temeritatē abbatis, qui talē cō-  
 tra fratrū oīm teſtimonia criminofum & fugitiuū deſenſaret.

Interea cū noluissem precipitantē sequi multorum sententiā, cōrigit me denuo Heidelbergam uocari, ubi me diutius occupato in negotio exusti cœnobii Lymphurgensis, idem frater in odium eorum qui factum eius prodiderunt, quibusdam sibi ex donatis consentientibus tantum effecit, q̄ aliqui ex eis capti fuerūt, non minus id procurāte abbate memorato. Quæ postea fuerunt secuta, ex fratre quē mihi tua paternitas clarius intel-  
liget. Vale pater optime & ora pro nobis Deū. Ex Budori 30.  
die mēsis Aug. Anno Christianorū 1506. Et sua manu raptis.

IOANNES TRITEMIVS ABAAS

Spanhemensis optimo fratri Rogerio

Sycambro Salutem.



Enerunt ad me Budorim quarta die mēsis huius, Ioannes in Schotteren, Conradus S. Stephani in Herbipoli, & Georgi⁹ in Suuartzach, monasteriorum nostri ordinis Abbates, missi à capitulo annali Mogūciæ pridem celebrato, hæc summarie habētes in mandatis, ut suis mihi persuaderent sermonibus ad monasterium redirē. Ducē etiā alios patres per capitulum ordinatos dicebant, qui Ducē nomine totius unionis accederent Bursfeldensis, eūmq; mihi efficerent placatū. His ego auditis respōdi, non esse opus propter me deputatos accedere Ducem, quoniā illius reconciliationem & gratiā nec quero nec opto. Absit à me ut illius deinceps dominio subiiciar, apud quē mendaciū ualet plurimum, ueritas nihil potest. Nimis temeratā iniuriā passus, tam à Ducē q̄ à tribus ē conuentu meo, non reuertar amplius ad eos, sed resignabo abbatiam quamprimū rebus meis aliquantulū prouidero. Acepto missi responso, cum cernrent sententia fixū, non amplius molestarunt, sed rescripserunt abbatibus à capitulo deputatis, nulla fatigatiōe ad Ducē esse op⁹, quia omnino

pence.



penes me statuisse non amplius redire ad Spanheim. Deus mihi prouidebit ubi maneã, & cū pace maiore quàm in Spanheim uiixerim in unquam. Quorsum uero me intendam conferre si uelis scire, nescio quid respondeam. Tres me principes magni expectant, sed non placet mihi curias sequi principū. Tres quoq; ordinis quem sum professus abbates potentiores ut ad eos ueniã rogant. Sed ne fabulam putes, nomina dabo singulorum. Maximilianus Rex serenissimus Romanorum pluries ut nosti, me sollicitari fecit, ut suo me cōferam seruitio. Marchionem Brandenburgensem nō opus est ut citem in me dium, cum scias quanti me faciat. Philippus quoq; Bauriæ Dux, & Comes Palatinus Rheni, clementissimus princeps, me prouidere quo ad uiuã copiose pollicitus est, uel penes abbatem Lympurgensem, uel in suo principatu, ubicunq; uoluero. Postremo iam mihi abbas S. Stephani memoratus dixit, abbatiam diui Iacobi apostoli maioris in suburbio Herbipolensi propediem uacaturam per resignationem præsentis abbatis, quam si assumere uelim, se operam daturū, ut res quantum totius sortiatur effectum. Assensu consilio malens in paupertate uiuere sub institutione monastica, quàm diues in curiis principum conuersari. His ita conclusis missi ad me à capitulo patres octaua die mensis Septembris ad sua reuersuri discesserunt. At ego responsum sæpe dicti abbatis expecto, utrum uidelicet ita placeat reuerendissimo patri Episcopo Herbipolensi, quotandem accepto te facturus sum de omnibus certiozem. Vale.

ex Budori 12. die mensis Septembris Anno Domini 1506.

CONRADVS ABBAS S. STEPHANI

Herbipolensis Ioanni Tritemio abbati Span. S.

**R**euere pater iuxta recessum mutue conclusionis nouissime in cœnobio monialium Nouicasti prope Heidel.

bergam factæ, mox ut perueni ad propria. D. Reuerendissimū  
Herbipolensem episcopum accessi, & inter alia colloquia. me-  
nasterium S. Iacobi concernentia uestra paternitatis mentio-  
nem feci, asserens fore possibile, si suæ paternitati reuerendis-  
sime placeret, q̄ uestra paternitas eidē præficeretur cœnobio.  
Quod audiens summe dicebat sibi placere, pollicebaturq; q̄  
uelit uestram paternitatem graciose fauore, manusq; fideliter  
præbere adiutrices, mihi quoq; ut hæc quantotius uestræ pa-  
ternitati significarem iniunxit. Uestra nunc igitur paternitas  
nō sit in mora, quam ipse reuerendissimus dominus noster in  
omnibus grauiter ferre consuevit. Reliqua mutua referuo col-  
locutioni, quam altissimus prosperam & iucundam facere di-  
gnetur. Datæ Herbipoli in die exaltationis Sanctæ crucis  
Anno Christianorum M. D. VI.

IOAN. TRITE. ABBAS SPAN. CON-  
rado Abbati S. Stephani Salutem.



Iteras tuas pater uenerāde sextadecima die mensis  
hui⁹ Septembris apud Budoras in Nouocastro cœ-  
nobio suscepi, quibus relectis mentem reuerendissi-  
mi præfulis simul & tuæ paternitatis intellexi. Habeo tibi gra-  
tias ingentes pro tua in me charitate, agāq; libenter uberiores  
unquā si potero. Nam etsi principū fauore atq; pietate mihi sa-  
tis possit esse prouisum, quia tñ homo sum claustralis, & studio  
scripturay; deditus, malo in paupere latere cœnobio, quā inter  
aulicos haberi clarissimus. Imitabor illū innocentia uirū qui  
dixit. Elegi abiectus esse in domo dñi, magis quā habitare in ta-  
bernaculis peccatorū. Veniā itaq; circa finē Septēbris, interea  
quædam hic & Neometi expediturus negocia mea, quibus per  
actis sine mora uobiscum adesse curabo. Et hanc uoluntatem  
meā pontifici reuerēdissimo Herbipolensi manifestā facere nō  
piget

Psal. 83.

pigeat ꝑ cor. Quòd si aliqua interuenierit occasio qua in fine Septembris adesse nequiuero, nō ilico de aduentu meo desperandū putes, quia certouenturus uitā Deo cū sanitate prolongante tua te expectatione nō frustrabor. Interea fœliciter uale nostri memor in orationibus tuis ad deum. Iterū Vale. Ex Budori 17. die Septembris. Anno Christianorum M. D. VI.

IOANNES TRITEMIUS ABBAS SPAN.

Rogero Sycambro Salutem.



Vod tibi fueram pollicitus Rogeri antantissime ul timis ad te literis meis, nunc his quidem breuissimis quālibens facio. Literas Conradi abbatis S. Stephani 16. die mensis huius apud Budoras accepi, quibus reuerentissimū præsulē Herbipolensem Laurentiū rebus meis beneficientem significauit: mihi quoq; abbatiā S. Iacobi quondā Scottorum, nō solū uoluntarie uerū & quā hilariter offerentem; quā ut suscipiam, quantotius mandauit properandū. Sum itaq; hic Neometis paucis quidem diebus moraturus, ad quārundam rerum mearū expeditionē, quibus ordinatis iter uersus Herbipolim dirigem<sup>9</sup>. Verē prius q̄ his finibus excedamus; te uidere & alloqui optamus. Sed quā uenire ad te ꝑpter dāmonis incarnati s̄uiciā (qui nō natura sed imitatiōe potius diabolus q̄ homo dicēdus est) sicuti nosti, minime possumus. Tu ad nos ut uenias, te etiā atq; etiam hortamur, petim<sup>9</sup>, & rogamus: Multa em̄ mente uersamus tecū disputanda, q̄ literis mandare non possumus. Scripsimus autē & priori tuo, rogantes, ut sua tibi autoritate ueniendi potestātē indulgeat. Libellū tuū de uario literarum usu tecum adferas: sunt em̄ quædā in eo scripta; si recte memini, quibus subtilior lima fuerit necessaria, in his maxime quæ linguā respiciunt Græcā; in cuius perceptione satis nec dū ꝑfecisti. A dero quantum mihi licuerit, ne hoc ꝑsum-

tuum opusculum ex tua officina inemendatum uadat in publicum. Moras rumpe, quoniam ultra quatrimum istic non manebimus. Vale ex ciuitate Neometensi 20. die Septembris Anno Christianorum M. D. VI.

IOAN. TRITE. AB. SPAN. RICHMO  
di de Horst abbatissæ in Sebach. Salutem.



Ecimus & octauus hodie mensis uoluit, ut nosti charissima in Christo filia, quòd à nostro peregrinamur cœnobia æmulatorum temeritate cōmoti. Unde post multa consilia & maturam deliberationem statuentes amplius ad Spanheim nequaquam reuertendum, operæ precium fuerit aliquando prouidisse ubi tandem maneamus. Offertur nobis Abbatia quædam in suburbio ciuitatis Herbipolensis sita, quam bene nouimus, paupercula quidem & modica, sed quieta multum atq; tranquilla, nostrosq; satis utilis peramus conueniens proposito, quam duximus persuasi amicorū consilio non spernendam. Optime nouit charitas tua quantis laboribus per annos iam tres & uiginti cōtinuos in Spanheim fuerimus afflicti, non solum in regimine monasterii proprii, sed multo amplius pro totius ordinis utilitate communi. At nunc posteaquam ingritudinem fratrum erga nos manifeste sumus experti, manere cum eis diutius non credimus tutum, quoniam nec illi nobis unquam deinceps erunt fideles, nec eis confidere amplius ueraciter poterimus à quibus tam enormiter sumus decepti. Nobis autem sic pauide cōuersantibus, quis non intelligat quantum animarum sequeretur periculū, dum neq; pastor se ouibus credere, neq; ad pastorem oues securum deinceps possent habere accessum. Et quamuis de corde meo rancorem remittere omnem forsitan possem, tamē fratres ho-  
rum au-

rum autores malorum neq; hoc ipsum crederent, neq; prauas consuetudines suas facile immutarent. Satis enim scimus q̄ sit difficile monachos deprauatos mala consuetudine ad rectitudinē nouitatis reuocare. Dicit namq; uir sapiēs. A dolenscens iuxta uia suā, etiā cū senuerit non recedet ab ea. Assimilatur enim consuetudo naturæ, cui nemo sine difficultate resistit beato dicente Gregorio. Tenent prauæ consuetudines quæ semel ceperunt, atq; quotidie duriores existunt, & non nisi cū peccatoris uita finiuntur. Multæ præterea sunt rationes, quarū consideratione moueor ad cedendū, paucissimæ uero quibus induci possim ut maneam. Maxime autē in odium (ut ita dixerim) loci, Ducis inconstantia suorumq; temeritate motus sum, usq; a deo, ut eius pollicitationibus fidem amplius nequeā adhibere, neq; ueniā postulatū credere, neq; gratiā eius oblatā possim acceptare. Viuant deinceps in rure Spanhemēses cū rusticis, quibus uidere nimis fuerat graue, de quo etiā principes gloriarentur. Venire mei uisendi gratia in Spanheim ex tota fere Germania, ex Italia & Gallia, cæterisque adiacentibus regnis uiri eruditi atq; doctissimi in omni facultate consueuerūt. Miserunt principes atq; potētes huius sæculi suos in re literaria nūcios & oratores ad me, sicuti tota nouit uicinitas, quos ego inauditos, uel sine honore hospitalitatis dimittere nec debui nec uolui certe, quamuis plures eorū legaliter satisfecerint pro expensis. Viderunt hæc in circuitu omnes, & factū laudauerunt: soli ex subditis meis monachi duo, & conuersi omnes, quos donatcs usitato uocabulo nuncupamus, æquo cernere animo non potuerunt, sed in occulto murmurabāt, ut taliū mos est, ipsūmq; ducem, studiosos, doctosq; uiros, nō satis appreciantē suis iniquis delationibus paulatim aduersum me concitarūt. Dabo igitur locū iræ ut ualeāt cū rusticis, qui salutarem semper spreure do-

Prouerb. 12.

trinam. Prouidebit mihi altissimus locū ut cōfido meis aptio-  
 rem studus, & pro laborib⁹ multis, quibus desudauī in Span-  
 heim, alibi requē tribuere dignabitur. Tu autem charissima in  
 Christo filia unā cum sanctis uirginibus tibi cōmissis, sta firmi-  
 ter in sanctitatis proposito usq; in finē, ut præsēntis uitæ cōsum-  
 mato itinere, cū sanctis uirginibus ad nuptias spon̄si intromit-  
 ti merearis regis aeterni. Dominū tuum IESVM CHRIS-  
 TVM, cui te totā deuouisti, ex toto corde tuo semper dili-  
 gas, illumq; ama sup omnia, qui tui amore factus est homo. In  
 quantū plus illū amaueris, in tantū euades aptior ad ingressum  
 regni cœlorū, quā ipse est uia per quā itur ad patriā, ipse est ueri-  
 tas, per quā cognoscē summū bonū, ipse quoq; est uita, per quā  
 iustorū animæ fiunt immortales. Vngentū suauē & optimū est  
 amor Dei, quo animæ pestes cito sanātur oēs, intellect⁹ quoq;  
 illustrat mirifice in omniū cognitionē, & affectus ab omni pul-  
 uerulētia mūdānæ adhesionis purgat. Quicūq; enim Dominū  
 IESVM ex toto corde suo diligit, locū in se uicij & peccatis  
 minime relinqt, nec intrare animū diabolus permittit, qui di-  
 uino totus occupat amore, quia diabolus animā uirtutibus ua-  
 cūā desyderat, & mētē diuino nudā amore inhabitat. Vbicūq;  
 uero cor hominis amore diuino repletū inuenerit, sub magna  
 cōfusione recedit. Ut enim uisibilia uasa aliquo repleta liquo-  
 re materiali, superueniētū augmēta nō capiūt, sic mēs diuina  
 charitate repleta nullū uicij & cōcupiscētis aditū penitus cō-  
 cedit. Felix illa cōscientia, in cuius secretario p̄ter amorē Chri-  
 sti, qui est sapiētia, castitas, patiētia, puritas atq; iusticia, nullus  
 amor uersat alius, ubi cor Deū amātis nec ad hominis recorda-  
 tionē aliquādo suspirat, nec uidere quicq; in mūdo trāsitorium  
 optat. Sit cōstās & perfectus amor tuus in Deū, o uirgo Christi  
 despōsata cōtubernio, ut si necesse fuerit amore illius moriaris,  
 qui amore

Ioannis. 14.

Diligere  
Deum su-  
per omnia.

qui amore tui placide ac benigne mori dignatus est. O quæ dulcis, suavis, & fortis, & potes est amor tuus Domine Iesu, qui mentem æterna facietate reficit, conscientiam ab omni immundicia puram custodit, animam diligenter perfecte illuminat, & cor hominis infirmissimi contra omnia huius mundi aduersa robustissime confortat. Ama igitur, o uirgo Christi Deum, totum ama tota, ut possis omnia sine labore uincere & delere peccata, quia charitas operit multitudinem peccatorum, & Deo hominem facit esse proximum, in cunctis quoque mundi aduersitatibus gloriosum. Teneræ namque militiæ ac delicati constitutus est amore solo de cunctis hostibus reportare uictoriam. Ut ergo fortiter uincas omnia mala huius sæculi, sta fortiter & constans in amore Dei. Tanto enim uincas potētius, quāto amaueris fortius, sancto dicente Bernardo. O iugum sancti amoris quæ dulciter capis, gloriose laqueas, suauiter præmis, delectanter oneras, fortiter stringis, prudenter erudis. O felix amor, ex quo oritur strenuitas morum, puritas affectionum, subtilitas intellectuum, desideriorum sanctitas, operum claritas, uirtutum fecunditas, meritorum dignitas, & præmiorum sublimitas. Thesaurus indeficiens est amor diuinus, quem qui habet diues, qui non habet, etiā si Cræsi possederit diuitias, omnium pauperimus est. Prior dilexit nos DEVS non uulgari amore, sed dulciter, sapienter & fortiter. Dulciter quidem, quia carnem pro nobis assumpsit humanam, sapienter, quia peccatum non fecit, nec est inuentus in ore eius dolus, fortiter quia factus est Patri obediens pro nobis usque ad mortem, mortem autem crucis. Ecce uirgo, Christus formam in semetipso tibi præmonstrauit diuini amoris, quem sequaris oportet, si eius thalamum uolueris introire. Ama dulciter ipsum CHRISTVM IE-SVM, ne quicquam præter illum concupiscas: ama prudenter, ne carnis uanitate decipiaris: ama fortiter, ne in aduersitatibus huius mundi

Exod. 20.

unq̄ à sancto proposito deiciaris. Tribus enim istis colūnis diuini amoris opus est, quoniā qui Christū dulciter amat, ipsum solū amat, & nihil concupiscit illi contrariū, diuo dicēte Augusto. Minus te Domine amat, qui aliquid tecum amat quod propter te nō amat. Dulciter itaq; diligis, si Iesum nō ad aliud q̄ propter ipsum & solū quidē diligis. Scis enim quid in sacra diuina scriptura: Ego sum Dominus Deus tuus fortis zelotes. Solus à te uult amari, non admittit sociū, nec potest amor esse dulcis si fuerit in obiectōrū diuersitate cōmunis. Sapiēter etiā diligas Dominū Iesum, quā ipse est sapiētia Dei Patris, q̄ uult amari non solū dulciter, sed & sapiēter, alioquin facilius zelo tuo spiritus illudet erroris, cū sciētia sapiētis neglexeris amatrix. Non enim habet callidus hostis medicamētū efficacius ad tollēdū de corde hominis Christi amorē, q̄ si efficere possit ut in eo sine ratione & incaute ambulet. Propterea in omni sacrificio salē diuina praecepit offerri scriptura, quē ad modū & Deus sapiēter oīa fecit & ordinauit. Modus autē diligēdi Deū est, ut diligas eū quantū potes, quoniā quāto plus amaueris, tanto melior dilectio erit. Ama & fortiter DOMINVM tuū Iesum, o uirgo, hoc est perseveranter, ut ne prospera quidē neq; aduersa mētē tuā ab eius dilectione, uel emolliant, uel auertant. Diligēdus est Iesus maximo cū seruore usq; ad mortē non minus in aduersis q̄ in rebus secūdis, nec propter accessoriū aliquod, sed propter ipsum solū, quia Iesus est causa dilectionis suae dignissima. Dominus Iesus portio tua sit, o uirgo claustralis, nihil tibi curandū, nihil cogitandū, nihil amandū nisi Iesus ipse, cui te mētē & corpore deuouisti, cuius amor omni dulcior mel le, quē quicūq; ueraciter diligit, nihil i hoc mūdo praeter ipsum concupiscit. Amor Iesu amantē est in cūctis succūctis, inopiā nō patitur, nec cedit aduersis, nec prosperis emollitur, in se cōstās est, sibi



est, sibi abunde sufficiens, quoniam in Domino Iesu intus oīa possidet, nihil requirens eorum quæ foris esse uidentur. Omnia enim necessario cōtemnit, qui Iesum habere uoluerit amicum. A ccedens ergo ad Christi amorem uirgo claustralis, sta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem, quoniã qui amicitias petit Iesu, multorum sibi nouerit inimicitias esse tolerandas, & propterea se paret ad humilem patientiam, ne sancta amicitia priusq̃ adipiscat pfecte, amittat. Enim uero cum anima se Dei uerbo sociauerit, sciat indubitanter statim inimi-  
*Pij potissimū  
affliguntur.*

cos se habiturã, & eos plerūq; quos añ habuit amicos in aduersarios esse uertendos. Fortiter itaq; in dei amore perseverandum est, & animus cōtra quælibet occurrentia firmandus ad uersa, ne in medio constitutus itinere deficiat, uel territus laborum magnitudine recedat. Nam si Christum Iesum qui nullū habuit peccatū, oportuit pati, & sic intrare in gloriam suam, quanto magis nos miseri homines, in peccatis concepti, nati & educati, qui delinquendo quotidie deteriores nobis effici-  
*Hebr. 10.*

mur, multa necessario sustinemus aduersa, qui nostro patimur demerito, quicquid nobis occurrerit mali. Si tribulatio nes iustorum multas scriptura commemorare non dubitat, nemini uideatur mirum, si nos peccatores à iusticiæ operibus nudi, conuersi licet ac pœnitentes multa sustineamus aduersa. Hinc facer inquit Christophilus. Patientia enim uobis necessaria est, ut uoluntatem dei facientes reputeis promissionem. Ad Christianos pertinet, & maxime ad claustrales, iniurias tacendo fugiēdoq; potius q̃ respondēdo aut reluctando uincere, & quanto nos professio monastica instituticnis ad perfectionē ligat amplius, tãto nobis licet minus uim ui repellere, sed magis oportet quæcūq; aduersa patientius sustinere. Christi-  
*Monachos  
omniū maxi-  
me decet pa-  
tientiam præ-  
stare.*

stianis sumus & claustrales p̃ramplius ad humilitatē obligati,

propter quod omnia graua & amara pro Christi amore patienter à nobis ferenda sunt. Ego ut me Christi seruum licet inutilem comprobarem, ecce quanta sine demerito sustinui meo, quæ in amulos retorquere potuiffem, sed nocentibus malum inferre nunquam uolui, sperans quòd Dominus Iesus patientiam remunerabit quam dedit. Super omnia graue mihi fuerit monasterium meum cum amicis in perpetuum deserere, estructuras quas ædificauì pulcherrimas alteri & forsitan inimico & ingrato construxisse, & quod excedit uniuersa, bibliothecam duorum milium, quam ego sicuti manifestum est solus comportauì, preciosorum rarissimorumq; uoluminum post me relinquere, sine qua mihi uidebar aliquando uiuere non posse. Hæc me sane annis compluribus nimio sui amore detinuit, & ne consentirem in Abbatias pinguiore, quæ mihi offerebantur, ut scis, semper nimium retraxit. At nunc posteaquam persecutio in me sauire cœpit amulorum, uincula amoris rupi fortiter, & statui pro Christi amore non solum charissimam mihi hæcenus bibliothecam, sed monasterium quoque cum omnibus ad ipsum pertinentibus & patria & amicis deserere, ne forte in medio constitutus amulorum memoria mentem corrumperet iniuriarû. Nec tu propterea te filia arbitreris desertam, quoniam nos deo uocante digredimur ad Francos. Potens enim est DOMINVS IESVS prouisorem tibi dare meliorem, qui rebus monasterii tui tam spiritualibus quàm temporalibus consulere multo quàm ego possit utilius. Non deseret uos Episcopus uester Neometensis, in cuius diocesi monasteriû uestrû dignoscitur constitutû, sed prouidebit uobis abbatê sine dubio meliorê. Vale cû uniuersis tibi cõmissis sororibus, deû pro nobis orantes. Ex Neome si 20. die mensis Septembris Anno Christianorû M. D. VI.

Reuerendo

## REVERENDO IN CHRISTO PATRI

D. Ioan. Tritemio Abbati Spanhemensi Richmo-  
dis Abbatissa, Anna de Helmstat Priorissa, & hu-  
miles filiae totius conuentus monasterii S.

Laurentii in Sebach, cum orationi-  
bus utinam deuotis sempiter-  
nā exoptant felicitatē.



Cire paternitatem tuam uolumus, q̄ pene ad mor-  
tem contristatæ sumus relectis quas nobis misisti li-  
teris tuis, quibus te significas dimissurum abbatiã  
tuam Spanhemensem, & tam longe progressurum à nobis. O  
quare nos deseris Reuerendissime pater, aut cui nos pauperri-  
mas ouiculas committis, quas tam dulciter pascere consueui-  
sti lacte cœlestis doctrinæ? Quis erit nunc ò dulcissime pater,  
qui nobis more tuo suauissimos de Christi passione, deq̄ amo-  
re diuino, & amœnitate regni cœlestis distribuat sermones?  
aut quis deinceps consolabitur nos in tribulationibus nostris,  
quarum non est numerus? Ad quem in necessitatibus pro con-  
silio fugiemus, aut quem inuocabimus tua præsentia destitu-  
tæ? Utinam lachrymas filiarum tuarum cerneret, utinam  
ad monasterium tuum redires misertus ouium tibi commissa-  
rum, cum sit nemo, sicuti ueraciter sumus informatæ, qui tuũ  
ad Spanheim reditum non summe desyderet. Fuit enim nu-  
per hic nobiscum Prior Spanhemensis, qui dixit, quòd ille  
Dux Ioannes unã cum suis omnibus ualde cupiat, quatenus  
reuertaris in Spanheim, uelitq̄ tibi semper esse benignus &  
gratiosus, nec pmittere q̄ aliquã patiaris molestiã. Hoc idẽ eu-  
piũt, orãt, & precãt fratres tui oēs, similiter & ordinis abbates,  
qui Moguntia in capitulo fuisse dicunt, idem optãt uniuersi.

Væ nobis misellis, captiuis & inclusis, quæ omni humano sumus destitutæ solatio, & in medio inimicorum positæ, uni cum quod habebamus subterfugium patrem & pastorem fidelem & pietissimū adhuc uiuentem compellimur amittere, cuius similem nunquam poterimus inuenire, qui tantum ualeat eruditione, religionis deuotione, experientia, clementia & pietate. Sed quid miseræ faciemus, cum absentem lachrymis non possimus reuocare. Utinam nobis solum hac uice liceret monasticam exire clausuram, ut Spiram conuentualiter omnes possemus adire, genibusq; flexis in terram profluentibus lachrymis tuam deprecari clementiam, forsitan propositum mutares, obtineremus. Sed quia manere nos fixas oportet in loco, hoc unum paternitatem tuam nobis semper obseruandum, propter effusionem preciosissimi sanguinis Domini nostri Iesu Christi, quem semper prædicare & honorare consueuisti, quàm humiliter rogamus, petimus & obsecramus, ut si omnino dimittere abbatiam Spanhemensem statuisti, cõmissioni monasterii huius nostri, quæ tibi dominus Episcopus olim dedit, nequaquam renuncies propterea, sed permanes uisitor noster deinceps, sicuti hastenus iam per plures annos fuisti. Quamuis enim Herbipolis amplius distet à Sebach quàm Spanheim, tua tamen paternitas suo nos tempore bene poterit uisitare, & si non singulis annis, saltem in biennio uel in triennio semel, & interea dulcissimis epistolis sapius consolari, ut antea consueuit. Scis enim quòd nullum possumus alium inuenire abbatem nobis uiciniorum, qui sit idoneus conferuare sanctam institutionem regularis disciplinæ in nobis, quam tua reuerenda paternitas magno labore plantauit, & usque in præsens laudabiliter continuauit. Precamur ergo iterum atq; iterum per innocentissimam mortem Domini nostri Iesu Christi,

Christi, exaudi nos in hac nostra petitione, si aliter fieri non potest, quoniã iusta petimus & sancta, nobis salutaria, & tibi nõ impossibilia. Mittimus cum his literis procuratorẽ nostrũ, per quẽ unanimiter postulamus & præstolamur uotiuũ reuerendæ paternitatis tuæ responsum. Quam omnipotẽs Deus ad nostrã multorumq; utilitatem diu conseruare dignetur incolumem. Cõmendamus nos sanctis orationibus tuis, iterũq; te ualere cupimus dulcissime pater. Ex Sebach 21. die Septẽbris Anno 1506

IOANNES TRITEMIVS AB. SPAN.

dulcissimis in Christo filiabus abbatissæ & con-

uentui in Sebach Salutem & syn-

ceram in Domino charitatẽ.



lteras charitatum uestrarum Neometi suscepimus, quibus lachrymas & suspiria pro nobis uestra significatis. Condolemus quidem uobis ex corde, sed a-

liter fieri non potest. Spanheim sicuti cõstituiumus propter ingrati tudinem monachorum deseremus, non curantes uerba prioris, quem nouimus esse fallacẽ. aliud enim loquitur aliud in corde meditatur. Ducis mentẽ non attendimus neq; illorũ qui cum ipso sunt uota curamus, quoniã si alterũ oporteat, me dicare potius omni tẽpore statuimus, q̃ eius deinceps subesse imperio. Scimus & multorum relatione cognouimus, q̃ uehe menter dolet factum, & ut reuertamur ad monasteriũ cupit, nos quoq; fideliter manutenere promittit, sed nos gratiã eius non quærimus, quem nos tam inconsulte, iniuste ac temere irritan tẽ sumus experti. Quantũ uero ad cõmissionẽ uestri dudũ nobis factam per Lodouicum episcopũ libenter faciemus quod unanimiter postulatis, ut uidelicet nomen uisitoris retineamus simul & officiũ, quousq; uobis possit meli9 prouideri. Nã & si tã crebro uenire ad uos personaliter, sicut hastenus potero

minime, ueniã tamẽ sapi<sup>9</sup> scriptis, donec & tãdẽ aliquãdo pfo-  
 naliter uenire cõtingat. Rebus autẽ Lymphurgẽsiũ in turbatiõẽ  
 adhuc positis, nemo nostri ordinis abbas uel monachus ppter  
 seruiçiã Comit̃s uestri Sebach audebit accedere, quãto minus  
 ego qui iustis Lymphurgẽsiũ causis aduersus comitẽ semp̃ adhã  
 sisse incusor. Vnde necessario sine uisitatione aliquãto tẽpore  
 maneb̃tis, donec inter abbatẽ & ipsum Comitẽ fuerit reforma-  
 ta cõcordia. Propterea rogamus uos in Domino filia charissi-  
 mæ, ut uocationẽ uestrã diligẽter attẽdatis i omni charitate &  
 paciẽtia secũdũ regulã sanctis. patris nr̃i Benedicti humiliter cõ-  
 uersantes, quatenus in pace & Dei amore proficiẽdo quotidie  
 sanctũ spiritũ possitis habere uisitorẽ, qui sup̃ humilẽ & quie-  
 tũ ac Dei sermones custodiẽtẽ requiescere cõsueuit. Nolite con-  
 tristare matrẽ, quã uobis in sollicitudine præest, sed eius in Dei  
 seruitio imitamini feruorẽ, in oĩbus humiliter obediẽtes. Ipsa  
 enim sicut cernitis uerbo & exẽplo uos in omni s̃f̃tate prima  
 semper in choro p̃cedit, tã diligẽs & sedula in diuino seruitio,  
 ut nullã in tẽporalibus uideat̃ habere occupationẽ: tã uero in  
 externis occupata, ut orãdi tẽpus nullũ sup̃eressẽ uideri possit.  
 Mutuã inter uos charitatẽ ante oĩa custodite, quĩ ubi charitas  
 nõ est, nulla potest esse iusticia. Dilectio enim pximi malũ nõ  
 operat̃. Charitas naq̃ perfectiõis uinculũ fons & origo oĩm uir-  
 tutũ multitudinẽ operit p̃dõrũ, sine qua nemo uerã cordis ha-  
 bere cõtritionẽ poterit, ueniã nemo scelerũ impetrabit. Dile-  
 ctio proximi diuino cõformata amori est, unda pacis, charita-  
 tis himber, semẽ cõcordiã, meritũ felicitatis æternæ. Propter-  
 ea Deus omnipotẽs unicuiq̃ nostrũ præcipit dicẽs: Diliges pro-  
 ximũ tuũ sicut teipsum. Proximus hic nõ sanguinis p̃pinq̃uita-  
 te, sed ratiõis societate putãdus est, in qua focii sunt omnes ho-  
 mines. Hãc de causa in monasterio estis cõgregatæ, ut mutuis  
 auxiliis charitatis imbecillitatẽ uestrã tueamini, & propterea

Rom. 13

Math. 22

Marci. 12

mutæ semper dilectionis obseruatiã custodite, ut monasticæ satisfaciatis institutioni, sicuti sacer mãdauit Apostolus: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legẽ Christi. Sola enim charitas est quæ uincit omnia, & sine qua nihil ualent oia, quæ si ueraciter in uobis extiterit, ueras Christi spõsas efficiet. Omnia potes Deus in suo uos ardere faciat amore, quẽ ut nobis reddatis placibilẽ orationibus uestris instãtisime rogamus laborũ nostrorũ memores, quos p utilitate uestra multis iã annis pertulimus cõmuni. Valetẽ in Domino Iesu sine macula cõuersantes. Ex Neometi 22. die mēsis Septēbris Anno Christian. 1506.

IOANNES TRIT. AB. SPAN. FRA-

tri Ioanni de Francfordia Salutem.

**D**ilecte frater intēdimus monasteriũ nostrũ Spanheim ex certis & rationabilibus causis dimittere, ipsiusq; Abbatia, quã annis quatuor & uiginti possedimus resignare: ne aut ppterea cõnobiũ Christi spõsarũ in Sebach aliquod incurreret periculũ, eius cõmissionẽ per episcopos Spirẽses nobis factã ad humilẽ instãtiã Abbatissæ & Conuẽtus diutius cõtinuabimus, donec sibi conuenientiorẽ ualeãt inuenire uisitorẽ. Quocirca tuæ charitati cõmittimus & mandamus, quatenus ea quæ cõcernunt officium tibi cõmissum exequaris & custodias omni diligẽtiã & sollicitudine, quẽ admodũ au diuisti à nobis, cũ præsentes in ipso monasterio nuper essemus. Vagos extra cõnobiũ intermitte discursus, & clausuram solus nunquã ingrediaris. Mandatis abbatissæ obtempera, sciẽs te seruum Christi uirginum non dominum. In ceteris ad præscriptam tibi normulam te studeas cõformare. Vale, Ex Neometi uicesima secunda die mensis Septembris, Anno 1506.

IOANNES TRITE. AB. MONASTE-

rii S. Iacobi Apostoli in suburbio ciuitatis Herbi. Iaco

bo Tritemio charis, fratri S.

z 2



A rui desiderio tuo quantum mihi licuit dulcissime frater, & quarundam epistolarum mearū, quas scripsi à die exitus mei de Spanheim usq; in praesentem diem, exemplaria quotquot remanserant in praesenti uolumine comportauimus. Nec enim omnium penes nos exemplaria retinimus, propterea quod saepius festinare in scribendo cogebamur. Cōgessimus autē in hoc ipso uolumine sexaginta sex epistolas nostras, & duodecim alienas ad nos missas coniunximus, quae omnes cum ista quidem ad te simul faciunt nouē & septuaginta, in quibus more nostro familiari nobis scribendi genere sumus usi, non pro admiratione nostri sequētes eloquentiam, quae in nobis nulla fuit unquē, sed scholastico sermone, quo facile intelligamur. Scis autem quod prima die mensis Aprilis monasterium meum exiui, nunquā illuc postea reuersus usq; in hunc diem. Exiui autē anno Christianorum millesimo quingentesimo quinto, prima ut diximus Aprilis: & hanc sancti Iacobi abbatiam suscepimus quintadecima die mensis Octobris anni sequentis. Omne igitur tempus inter exitum nostrum de Spanheim & introitū huc, menses effluerunt decem & octo diesque tredecim. Huius temporis fuerunt epistolae praesentes, quas tibi tradidimus suauissime frater, non ad eruditionem tui, sed potius ad memoriā nostri. Illas uero quas prius scripsimus dimisimus in Spanheim, nec dum in ordinē coadunatas, quas si quā redegerimus in ordinē habere uolueris, facile consequeris. Eas autē quas postea dedimus, aut in futurū scribemus alio cōprehensas uolumine tibi quoque suo tpe nō subtrahemus. Vale ex monasterio nostro S. Iacobi ap̄li maioris in suburbio ciuitatis Herbipolensis 28. die mēsis Decēbris Anno Christi 1506.

Finis Epistolarum Spanhemensium.

Tritemii Abbatis.

Ioannes



# IOANNIS TRITE <sup>173</sup>

MII ABBATIS S. IACOBI HERBIPO  
lensis Epistolarum familiarium liber pri  
mus ad Iacobum Tritemium  
dulcissimū fratrem.

IOAN. TRITE. AB. MONASTERII DI  
ui Apostoli Iacobi in suburbio ciuitatis Herbipo  
lensis, magistro Iacobo Tritemio fratri u  
nico atq; dulcissimo Salutem.



T PLENO FRATER  
nitatis erga te comprobemur  
affectu, primum hunc librum  
epistolarum nostrarum Herbi  
polensiu ultimo Spanhemem  
sium, que tibi dicauimus, pul  
chra duximus ratione connec  
tendum. In illo enim nostrage  
calamitatum legisti miserias,  
in isto quietis subsecuta legito

lubentis animi lucubrationes. Prioris namque uoluminis episto  
las scripsimus abbas monasterii Spanhemensis, huius autem  
libri missas dedimus abbas nihilominus diui Iacobi Herbipo  
lensis. Quod in primo fecimus etiam in isto pollicemur, non om  
nium nos epistolarum rescripsisse formulas, sed earum duntax  
at quas tibi putauimus placituras. A micorum quoque ad nos  
interposuimus epistolas, non omnes quidem, sed paucas e mal  
tis, quas tua iudicauimus lectione condignas. Hortamur te fra  
ter sapientum imitare studia, stultorumque ignauiam fugito,  
sciens dictum Salomonis: quia filius sapiens letificat patrem,

Prouer. 13.

*Tria sunt  
quæ homines  
à studiis scrip-  
turarum auera-  
lunt.*

suum, filius uero stultus mœsticia est matris. Dum finit ætas memoriaq; uiget descendum est, quoniã sicut uerũ dixit Seneca, studia te clarũ & nobilem efficiunt: ita sine studiis æger est animus, & nulla claritate insignis. A uero intellectus cõparatur humanus, quod puluere fimoq; scædatũ iacet ignorantia, nisi purgetur exercitationis lima continue, nec aurum pulchritudinem, nec intellectus cognitionem assequitur naturalẽ. Sunt autẽ tria quæ studio intentis scripturarũ frequẽter obsistere cõsueuerunt, negligentia uidelicet, imprudentia, & fortuna. Negligentia nos impedit, quoties ea quæ sunt à nobis utiliter discenda, uel profus intermittimus, uel minus prosequimur studiose. Contra hanc salutaris studii corruptricẽ, studiosorũ ac se in palastra scripturarum continuo exercitantũ ueneranda societas optimum præstat remedium, inueniturq; in publicis gymnasiis multis, & in cœnobiis claustralium paucis. Hodie namq; studiũ scripturarũ à multis claustralibus oĩm pene regularũ cõtemnitur, & in paucis uigere monasteriis uidet. Imprudentia uero nos inter studendũ subuertit, quĩ in his q̃ discimus debitũ ordinẽ nõ seruamus. A ut em̃ q̃ nobis nõ cõueniũt discere cupimus, aut neglectis interdũ utiliorib; minus utilia incon-sulte usurpamus, aut etiã bona & utilia nec ordini nec tpe congruo distribuimus. Valde indecẽs est nobiliora ingenia studiis dishonestari minorib; & eos quos ardua & grauiora expectat studia uanis & inutilibus exercitamentis occupari. Ne hoc malum incidamus discentes, magistri nobis deligendi sunt optimi, quorum institutione pariter & exemplo congruum ordinem adsequamur studiorũ. Fortuna quoq; multipliciter insidiatur studiosis, quod unusquisq; nostrũ experitur quotidie, qui ad ueræ philosophiæ conatur ascensum. Variis enim quætimur euentibus, paupertate, diuiciis, infirmitate, honoribus, prosperis & pariter aduersis quibus interdũ singulis mēs inter-

cipit hoīs studiosi, ut nequeat apprehendere scientiā quā con-  
 cupiscit. Tarditas etiā ingenii naturalis, inopia librorū, & rari-  
 tas conuenientiū p̄ceptoꝝ multos à p̄fectu salutaris studii retra-  
 xit. Saepe nocuerunt philosophantibus diuitiæ, & plures à stu-  
 dio quā inopia reuocarūt. Eodem scatent ueneno, honor, pul-  
 chritudo corporis atq; p̄speritas, q̄ pluribus ignoratiæ quam  
 sapientiæ occasione p̄stiterūt. Tarditatē uero ingenii naturalē  
 amor euincit, si diligēs studioꝝ adhibeat cōtinuatio. Inopiā li-  
 broꝝ ueteres allegare potuerūt, nos uero potius inopes copia  
 fecit, qm̄ impressoria nostris diebus arte apud Moguntiacū in-  
 uenta, hodieq; per orbē uniuersum dilatata, tot ueterū atq; no-  
 uorū uolumina doctorū ueniūt in lucē, ut ære iam modico do-  
 ctus quilibet esse possit. Neq; defunt hodie bonorū p̄ceptores  
 studiorū, sed ubiq; terrarū abundant in omni uarietate discipli-  
 næ nō solū in latina, sed in Græca lingua simul atq; Hebraica.  
 Hæc sunt uere aurea tpa, in quibus bonarū literarū studia miul-  
 tis annis neglecta reffloruerūt. Nec uolo te secularis literaturæ  
 p̄saurire quā necesse ad diuinarū intelligentiā consuequen-  
 dā scripturarū, ne uerificet in te quod de amatoribus uanitatis  
 (quales hodie sunt multi) quidā sapiens protulit dicens. Ne-  
 cessaria nesciunt, qm̄ superflua didicerunt. Vera sciētia est quæ  
 Dei cognitionē inducit, mores corrigit, restringit uoluptates,  
 affectū purgat, intellectū in his quæ pertinent ad salutē animæ  
 illuminat, & cor in amorē creatoris inflammat. Hæc est scienti-  
 a salutaris, quæ mentē in dei amore afficit, non extollit, quæ  
 superbos nō efficit, sed lamentantes facit, q̄ uanitatē nō sequit,  
 sed oīa trahens ad unū in diuino amore dulcissime solidatur.  
 Huius te frater scientiæ cupimus esse studiosum, quæ solā com-  
 plementum est omnium scientiarum. Non te quo minus stu-  
 dio incumbas scripturarum gradus magisterii extollat, sed eo  
 tibi magis discendū noueris, quo manifestū scientiæ signum,

))  
 ))  
*Impressoria*  
*ubi & quan-*  
*do sit inuēta.*

*Gradus sine  
scientia nibi-  
li esse facien-  
dos.*

quod præ se fert nomen doctoratus, accepisti. Non magnifico clarum sine scientia gradum, aut magnum cum parua eruditione uocabulum, sed doctos uiros quærimus, qui doctores multos habemus. Scientia gradum commendat, nõ gradus scientiam. Verecundum est nescire magistrum, & eum qui scientiæ signum publice portat, necessariam non habere doctrinam. Quid circulus ante domicilium expositus ubi non uenditur uinum? aut quid regale sceptrũ in manibus stulti? A bscq; signato signum tribuitur, quoties indoctus & sine scientia homo in doctorem sublimatur. Et proh pudor quàm frequens hodie in scholis apud quosdam iste reperitur abusus, quo gradus magisterii datur in signum, ubi sufficiens non inuenitur signatum. Nunquid tibi non uerum dixisse uidemur, cum orbis magistris scateat simul atq; doctoribus, inter quos docti pauciores, indocti complures occurrunt? Curandum tibi suademus, magisterium scientia, sacerdotium sanctis exornare moribus, ne gemino confunderis opprobrio, si & doctor sine scientia, & presbyter habere sine merito sanctitatis. Necessaria tibi scientia est in primis Deum nosse, diuinas intelligere scripturas, canones patrum scire, ius tam humanum quàm diuinũ, in quantum tuum concernit officium, non ignorare, uirtutes colere, & Deũ puro corde super omnia amare. Ad magistrũ pertinet artium quas profitetur scire principia, ut nodos enucleare sciat, dilucidareq; tropos, & omnium figuras exponere scripturarum. Septem liberalium uocaris artium magister, uideamus quantam singularum sis affectus scientiam, ut quem admodum tibi usus earum sit necessarius intelligas. In primis per grammaticam artem, quæ septem liberaliũ est fundamentum, te scire oportet, quemadmodum latine scribas, loquaris congrue, & sine uicio rectum debeas proferre sermonem.

*Septem artes liberales.*

R. heto.

Rhetorica uulgaré transcendens modum loquēdi, pulchrum in dicendo quarit ornatum, tropis uariisq; coloribus utitur, & pulchro dulcissimoq; sermone propositā sibi causam efferre conatur: quæ cum persuaserit, in oratoriæ finem cū proposito sibi præmio euasit. Logica rationalis scientia te uerum discerne re docet à falso, ne aut decipiaris subtilitate sermonis, aut fallatium syllogismos incidas argumentationum. Præcedit enim scientia uirtutis cultū, quia nemo potest fideliter appetere qd̄ ignorat: & malum nisi cognitum sit minime caueri pōt. Arithmetica numeros docet ppositos multiplicare, diuidere quoq; & in omni uarietate certam inuenire radicem. Omnia numero constant, & qui arithmeticæ ignarus est, nullius habet scientiæ perfectionem. Geometricæ artis cognitione terræ dimēsiōnē intelliges, ex numeris & mensura confurgentem: pulchra quīdem scientia, arithmeticisq; decorata figuris, per quam humana ratiocinatio nō mediocriter in cognitionem summi cōsurgit principii. Hæc orbis latum metitur ambitum, cunctaq; maris & terræ spacia describit, & cōsumata in cosmographiā ascēdit. Nihil hac speculatione pulchrius, in qua mens totius mūdi transcendens machinam, incōprehensibilē creatoris cōmuni sapientiam admirat. Musica cœlestiū harmoniam & cōsonantiā præfigurans, & arte & moribus tibi necessaria est, qua in dei ecclesia ordinatus sacerdos, & recte suauiterq; modulatis canere uocibus scias, & sanctis ornatus uirtutibus à sacerdotaliū proportione morum nō recedas. Astronomia quantū tibi sit necessaria magistro, si ignoras magister non es. Hæc astrorum docet cursus, discernit tempus, annū diuidit, horas discernit & dies: de cuius scientia computus assurgit ecclesiasticus, & istorū dans rationem mobilium, quam scire sacerdotem Christiano oportet. Ecce sacerdos, q̄ tibi septem cognitio liberaliū

artium necessaria est, ut simiæ non comparaueris in testò, neq; stulto regali sedenti in folio. Confert enim Grammatica ut Latinum congrue intelligas proferasq; sermonem. Logica uerũ te docet à falso discernere. Rethorica uirtutem tibi praestat dicendi, ut bonum & uerum quod intelligis, tuis utiliter auditoribus ualeas persuadere. Arithmetica uero simul & Geometrica, præter id quod tibi in œconomicis conferunt bonum, magnum quoque diuinæ speculationis adminiculum præstant, quo non solum inuentis, sed inueniendis quoque aptus magister habearis. Maxima enim numeris & mensuris continentur archana, mathematices ignaris minime peruia. Musica cantum, Astronomia computum docet ecclesiasticum, sine cuius scientia nemo satis ad sacerdotium reperitur idoneus. Quòd si magistrum septem artium liberalium uelim<sup>9</sup> describere, nõ ea sufficient quæ ad sacerdotem diximus pertinere. Alia enim ratio est in scholis magistri docentis, atq; alia sacerdotis in Ecclesia prædicantis. Nam isti quidem usus scientiarum extractus ab arte quadam generalitate sufficit, illi autem docendi munus necessarium particulas etiam singulæ artium quadam specialitate particulariter specularandas indicit, ut nõ solum uti scientiis nouerit acquisitis, sed etiam regulas dare atq; præcepta discipulis pro eisdem acquirendis. Tu autem qui scholis artistarum accepto magisterio desertis ad Christi te gymnasium cõtulisti sacerdos factus in Ecclesia Dei atq; minister, sæculariũ literarum necessario duntaxat usu retento, te totum iam deinceps ad studium diuinarum conuerte scripturarum, in quibus uera scientia cõtinetur salutaris, & mentem suauiter illuminat sapientia supercœlestis. Vana est enim omnis sciẽtia huius mũdi si conuersa non fuerit ad cultum Dei. Sacra autem scriptura, quam merito nuncupamus diuinam, omnem huius mundi sciẽ-

discientiam atq; doctrinam proculexcedit, quoniam uera sine ambiguitate prædicat, mentem lectõris placidi à terrenis ad cœlestia uocat, eamque pro Dei amore humilem reddit in prosperis, & fortem atque constantem in aduersis. Hic est sacri fluminis impetus, qui ciuitatem Dei letificat, planus simul atque profundus, in quo & agnus simplex ac paruus ambulet, & elephas maxiùs natet. Mirabilis iste fluu<sup>9</sup> est, in quo simplex & sine literatura Christianus, pedibus, ut ita dixerim, siccis, ad salutem securus transire poterit: & magnus subtiliter que literatus & natate potest sobrie sapiendo, & si nimium scrutatus fuerit submergi. Habet .n. in publico unde paruulos nutriet, & seruat in occulto unde mentes sublimium in admiratione ducat. Nam in uno eodẽq; sermone, dum narrat historiam multiplex pandit mysteriũ: & in superficie quidẽ simplices dulciter refouet, & in secretis mysteriis sublimiter exercitat sapietes. In apertis quidẽ potus est, quã nulla fractione indiget, in obscuri oribus uero cibus est, quã sine expositione fractionis nõ põt deglutiri. Propterea diuus Ambrosius præcipit dicẽs. Cœlestiũ scripturaz eloqa diu terere ac polire debemus, toto aĩo ac corde uersantes, ut succus ille spũalis cibi in in oēs se uenas aĩz diffundat. Diues & forciùdissimus est ager diuinarũ scripturarũ, oēs in se habet delicias, oẽmq; suauitatem producit. Et sicut manna secundũ uoluntatem uniuscuiusq; sapiebat in ore, ita sermo diuinus omnẽ tibi saporem quẽ uolueris præstabit in corde. Nihil Christiano sacerdoti melius, nil suauius nil iucũdus esse põt q̃ si omni tempore sacris se cũ desiderio cordis occupauerit scripturis, mundumq; custodierit ab hoc sæculo nequam. Dicit enim beatus Hieronymus. Ama scientiam scripturarũ, & carnis uitia non amabis. Propterea sint scripturaz diuinaz semper in manibus tuis, & iugi meditatione in corde uoluantur.

*Sacra scriptura  
quantũ  
præstet reli  
quis scientijs  
Psal. 47.*

nec sufficere tibi putes mandata dei memoria tenere, & operibus obliuisci, sed ideo illa sæpius legito, ut facias quod didicisti. Non enim auditores legis iusti sunt apud deū, sed factores mandatorum dei ab ipso iusticie coronam accipiunt. Ita uiue, ut sapientiam diuinarum humanarumq; rerum cognitionem tibi necessariam assequi merearis, quia non est miserabilior egestas, aut inopia turpior, quam in ordine constitutū sacerdotali egere sapientia, & cum qui alios docere iubetur ex officio, stultum esse & sine eruditione uirū. Vale & Deum ora pro nobis. Ex Herbipoli 24. die mensis Iunii. Anno Christi 1506.

IOAN. TRITE. AB. MONASTERII S.

Iacobi in suburbio Herbipolensi, Priori & Conuentui in Spanheim diuini nominis continuum habere timorem.



**D**ominipotens Deus cuius aeterna potestas & nunquam iniusta uoluntas, sanctus & iustus in omnibus operibus suis, qui nihil facit mali, nihil ue sine causa permittit. Ipse iustus, sanctus, & misericors, omnia in uero iudicio fecit cum sit bonus atq; omnipotens, nulli penitus iniuriam facit, qui custodit ueritatem in sæculum sæculi, facit iudicium iniuriarum patientibus, dat escam esurientibus. Dñs erigit elisos, Dñs diligit iustos. Dominus mortificat & uiuificat, ducit ad inferos & reducit. Dñs pauperē facit & ditat, humiliat & subleuat. Suscitāt de puluere egenū, & de stercore eleuat pauperē. Pedes sanctoꝝ suorum seruat, & impii in tenebris conticescent. Nisi quia dñs erat in nobis dicat nunc abbas Tritemius, nisi quia dñs erat in nobis. Cum exurgerent improbi homines in nos, forte uiuos deuorassent nos. Cum irasceret insania & furor eorum in nos, forsitan aqua malignantiū cepissent.



missent nos. Torrentem iniuriarū & cōtumeliarum pertransiuit anima nostra, nisi astitisset Dñs Iesus, forsitā pertransisset anima nostra aquam intolerabilis desperationis, aut certe nō satis religiose uindicasset iniuriā. Sed bñdictus dñs Iesus, qui nō dedit nos in captione dētibus æmuloꝝ, ut prauoꝝ hoim cogereur diutius subesse imperio. A nima nostra sicut passē in noxi<sup>9</sup> liberata est de malignoꝝ laqueo uenātū, quoꝝ inuidia nullo uiro bono parcere nouit. Laqueus contritus est, & uana Cynonotoꝝ elisa cōfidentia, qua nos reuocare à sanctis studiis in odiū iusti principis frustra tentauerunt. Nos autē adiutorio Dñi nostri Iesu Christi à multis, quas in regimine monasterii Spanhemensis sustinuimus, miseris tandem liberati sumus. Laqueus mūdane colligationis nostris omnino cōtrarius studiis Dei prouidētia cōtritus est, & nos de seruitute ingratisimorū hoim liberati sumus. Dñs Iesus liberauit animā meā à labiis ini quis, & à lingua æmuloꝝ nimis dolosa. Vos scitis fratres, modo ueritati uelletis exhibere testimoniū, quā iniustam à Cynonotis iniuriam susceperim, qui nullam contra me causam habentes, inuidia & liuore cōmoti, ecclesiasticam uiolare immunitatem non timuerunt. Excusationes modo afferunt suæ in nos temeritatis, dicentes se non odio nostri sed amore potius fecisse quod egerunt. Sed malus & nobis nō tolerandus amor eorum fuit, quo nomen nostrum ab omni scelere semper innoxium, per ora multorum in suspicione uertitur, quasi propter aliquam nostri lasciuā, ita facere oportuerit in familiam. A nrius hodie uicissimus quartus uoluitur, quo canonicē in abbatem electus Spanhemensem, omne tēpus qđ mihi cōpetere ad oculū potuit, uos testes estote & iudices, nō ad uoluptatē carnis qualem cūq; sed totū semper ad studiū cōuerti scripturātū, die ac nocte lectō. bas intentus, semper aliquid scribēs aut discens.

Nemo uestrū me unq̄ inuenit ociosum, nemo uidit uel audiit carnis solatiis deditū, uagisq; discursibus uel spaciamentis in monasterio uel extra inutiliter occupatū, sed neq; comestatio n. bus aut potationibus conuiuissq; minus necessariis intentū, seu quibuscūq; aliis leuitatibus aut uanitatibus defudantē. Nihil mihi dulcius unq̄ fuit, quā sacras rimare scripturas, in illisq; oportuno tpe diebus occupari & noctibus, & semp aliquid boni aut legere aut scribere. In testimoniū studiorū nostrorū uo co citoq; bibliothecā illā solennē, quā meis laboribus, studio & impensis cōportauī nō sine uigilātia & fatione cōtinua, uo luminū in omni uarietate studiorū nō modicā multitudinē cōgregans, nō solū impressorū nouiter, sed scriptorū quoq; manu & calamo, quorū numerus oīm duo milia excedit. Super fluū fuerit nostras recēdere lucubratiōes, q̄s ī medio curæ pasto ralis, rerūq; sollicitudine t̄paliū p̄ interualla scripsim⁹, q̄b⁹ no men Spanhemensis cōnobii prius incognitū & obscurū, satis celebre factū est. Neq; studiis nostris intenti nimirū rē p̄pterea negleximus temporalē, qd̄ laborū nostrorū monumēta testa bunē cōpluria, neq; uos ipsi poteritis negare, palām cernentes quas erexim⁹ necessarias pulcherrimasq; structuras: & in eccle sia quos cōparauimus ornatus cāpanulasq;, & uaria sacri uasa mysterii: censuū quoq; ornatisime renouatas cōscriptiones, q̄ oīa quantis exegerimus laboribus & impensis, etiamsi uos nō intelligatis, ipsa t̄n posteris inducent admirationē. Deniq; ab annis iā fermē duodecim, ubi in noticiā & familiaritatē quo rundā deuenimus principū atq; nobiliū, nō parū uobis emolu menti adduximus, ex his quæ nobis eorū fuerant munificentia cōdonata. Nihil fuit nobis unq̄ speciale, nihil propriū, sicuti nec esse debuit, sed fuerūt nobis uobiscū oīa semper cōmunia, & nulla penitus neq; in habitu neq; in cibo neq; in potu nobis unquam

unquā singularitas fuit, qđ ita uerū esse nullus uestrū ignorat. Maxima quoq; nobis cura semp fuit, ne quid eorū q̄ uobis necessaria uidebant deesset, fecimusq; ut in nullo sustineretis penuriam, quantū nobis oīno possibile fuit. In spiritualibus uero nunquā defuimus uobis, tametsi pauci uestrū post discessum fratrum nostrorū, quibus sancta studia placuerūt, spūalia dilexerint exercitia, sed uanis se occupauerint semp. Scripsimus, diximus, Verbum Dei cōtinue uobis p̄dicauimus, uosq; oportune & importune ad cultum ueræ sapientiæ publice ac priuatim exhortati sumus, quantum uero profecerimus, confiteri palam erubescimus. Et quia fecistis uos nostra exhortatione indignos, diuina forsitan puidētia trāsplantati sum⁹, ne inter spinas arbor diutius sine fructu pungeret. Venit illa dies quā a multis optauim⁹ annis, in qua nobis est data oportunitas, ut ingratarū ouium sanguinē super earū capita funderem⁹, excussoq; in eas puluere pedū, a sinibus surdorū, iuxta p̄ceptū Euangelicū trāsirem⁹. Audite capita si placet eorū q̄ cōmisisistis in nos, ut cognoscatis uos iustis in ratione desertos a nobis, sacra uobis semper displicuere studia nostra, scriptisq; nostris oibus p̄ reuerētia cachinos reddidistis, & nemini unq̄ lucubratiōes nostræ minus placuerūt q̄ filiis nr̄is. Nec satis fuit irrisisse opuscula etiā q̄ patrū iussu cōscripsimus, nisi & apud indoctā plebē de tractatiōibus ea carperetis. Vixistis semp paternis exhortatiōibus cōtrarii. Multis sape in nos cōspiratiōibus machinati fuistis, interpositoq; iuramēto & p̄cna uocis amisiōis in capitulone q̄s nobis cōspiratiōis uestræ reuelaret archana, mēdacia debitorū cōfinxistis in nos, q̄ per aurifabrū Vuormatiēsem, qui creator occultus dicebat, corā uobis oibus in loco capitulari ostēdimus conficta & emētita. Ambo uiuunt hodie testes, tunc aut deputati uisitatores, Gerlacus Tuitiensis, & Ioēs Schonauigensis abbates, qui ne dignā de uobis ultionē sumeremus,

*Math. 10.**Mar. 6.**Lucæ 9.**Actorum 13.**Imago pesti  
morum moe  
nachorum.*

precibus obstiterunt. Item cura & sollicitudine rerum temporalium spiritualiumq; per omne tēpus nostri regiminis graui-  
ter oppressi, nullum ē uobis inuenire potuimus unquā, qui aut  
nostris compateretur laboribus, aut uices monasterii pauperis  
in ueritate doleret. Quot uobis priores instituimus claustrales  
& præter unum Nicolaum de Creutzennach, alterūq; Ioannē  
Damium Curtensium, nullum regularis disciplinæ zelatorem  
inuenire potuimus unq;. Erubescimus dicere quanto semper o-  
dio fueritis persecuti eos, qui uobis monasticæ obseruatiæ disci-  
plinam persuadere conati sunt. Quantam uero pro re familia-  
ri diligentiam fecerint quos nobis coadiutores assumpsimus,  
& nos cū dolore sumus experti, & neminē uestrū latere potest.  
O quantis gemitibus & suspiriis plenum onus pastoralis curæ  
in uobis hætenus portauimus, nullum ex uobis neq; in spiritua-  
libus neq; in temporalibus fidelem habentes adiuuantem. Ves  
ad omnia nobis præstitis inutiles, nullam rectitudinis uel cō-  
munitatis zelum habentes, nihil aliud q̄ carnis solatia quæsiui-  
stis. Inter uos erat nemo qui manus nobis porrigeret adiutric-  
es, & si quando extraneum nobis in auxiliatorem temporalis  
curæ assumpsimus, cōtinuis illum detractionum moribus lace-  
rauit. Annis quatuor census monasterii omnes in propria leua-  
re ac renouare psona coacti fuimus omni solatio uestrū destitu-  
ti, & quoties aliquē in cellerariū ex uobis deputauimus toties in  
rebus monasterii graue dispendium passi sumus. Nos autē qui  
patrum ordinis imperio multocius obedire compulsi, ab ānis  
uiginti per omnes uicinas prouincias uisitando totas plarunq;  
consumpsimus æstates, rebus nostris semper nequiuimus pro  
uoluntate adesse utiliter, quo factum est, ut nobis absentibus &  
uobis omnia negligentibus, imo uestra solatia quærētibus, nō  
fatis pulchra facies rerum utriusq; status tandē emerferit. Quam  
uis ma

nis maxima sollicitudine nostra interueniente, nullam unquam  
 rerum ad uitæ sustentationem necessariarum senseritis inopiam,  
 quousque tandem anno Christianorum quarto supra quingentesi-  
 mum atque millesimum, bello saeuente in principem Illustrissi-  
 mum Palatinum grauisimo, cortes monasterii omnes unde ui-  
 uere solebamus, per Hassones Alexadrinosque aut exusta aut de-  
 solata fuerunt. Erat nihilominus certa nobis spes recuperatio-  
 nis omnium, sed uestra se stulticia, ne dicamus perfidia interpo-  
 suit, & omne consilium nostrum, quod nullius iniuriam memores  
 pro uestro paruimus bono, praesumptuosa temeritate corru-  
 ptestis. Ab annis duodecim nouimus praecessisse discordiarum  
 semina, ex quibus malum omne constat exortum. Ducem Cy-  
 nonotorum alioquin principem pientissimum, quidam ex uobis  
 inter medicos blatterones nobis reddiderunt suis occultis ma-  
 chinatiõibus infensum, in medium pro causa, ut ratio uideretur  
 sufficiens, afferentes confecta, quasi nos partes principis Palati-  
 ni, iuribus ipsius ducis magna quadam adhaesione duxerimus praef-  
 erendas. Quid enim si fuisset etiam haec uestra confectio uera?  
 Erasmus propterea uel detractionibus uestris lacerandi, uel in-  
 dignationi ducis iustae obnoxii? Quid Palatino contulit ad-  
 haesio nostrae? quid profuit? aut quid comodi ex ea re cepit?  
 Aut quid nocuit Duci, quod nos Palatini fauimus rebus? Ingenuè  
 fatemur Palatini principis Serenissimi nobisque clementissimi  
 atque munificentissimi bene fauimus semper, sed & hodie faue-  
 mus honori, bonae fortunae, rebusque secundis, quamquam fauor hic  
 noster sua nihil contulerit maiestati. Neque Ducem propterea o-  
 dio habuisse putandi sumus, aut rebus eius male fauisse, quod etiã  
 si uoluissimus, quam illi rerum suarum intulissimus iacturam? Libet  
 exclamare in ducem & suos, si uestris delationibus credidit falsis,

*Locus est in  
 principio  
 Pluii*

ὡς ἀγαλέου πατρὶ ὄξιν ὦ ἱεὺ Ὁ Θεοί

ὁδύλον γενέσθι παραφρονοῦντες δεσπότης

De omnibus his libenter quidē nobis persuaderemus innoxii principē, nisi manifesta uiderētur seductæ mētis obstare inditia. Vera dicimus, in potentē cognita scribimus, nullā eius proscriptiōnē metuētes, quoniā nos proscribere nō poterit, cuius imperio minime subiicemur. Parcimus tamē, ne uidiſtæ gen⁹ uideat scripsisse ueritatē. Ad uos nota referimus atq; manifesta, quibus si audetis cōtradicitē, imo si potestis. Quis in crepidine tēpli monachū illum quē noscitis oēs reperit cum uxore uiliani cōmiscētē? Nonne tu prior cū aliis multis? Hic talis iuste ne à uobis defendi potuit, & in aliorū perniciē nobis tūc absentibus auxilia sibi hominū inuocare secularium? Negauit publice factum quod multorum fuerat attestatiōe probatum: & ne debitā pro demeritis lucret pœnam, uobis cōsentientibus opemq; ferētibus innocētes nostros familiares, quorū fuerat industria deprehensus in facinore, contra omnē iustitiā uocauit in culpā. Pars nostrū non expectastis aduentum? Omnia enim nobis Heidelbergæ tunc existentibus & ignorātibus facta sunt. Vestro dehinc fauore atq; consilio mendaciis suis abbate monastis speciosi nimis credulum, ac Ducis Cynonorū quosdam officiales circūuenit, eōq; concitauit, ut innoxios familiares nostros, qui eum solū cum sola in loco ecclesie obscuro, & ab hominum accessu remoto, cum signis sui sceleris manifestis (quæ maior quoq; pars uestrum uidit & uera cognouit) ab undecima hora usq; ad secundam obseruarunt, repererunt, exeuntēsq; increparunt de tēplo, alios caperent, aliosq; conuerterent in fugam, nō in paruū nostri despectū, contumeliā & opprobrium. Hæc omnia uestro cōsilio facta, & instātia perduciales praesumpta ministros in absentia nostra certius certo cognouimus, cū

ceteris

cæteris quæ nos scribere uerecundia non permittit. Huius indignitate facti tandè relati ad nos, extra monasteriũ manere ad tempus decreuimus, donec animos erga nos uestros in intelligemus plenius, & mentem Ducis cur & si talia commisisset haberemus exploratam. Interea menses decè & octo fluxerũt, in quibus præter Priorem neminem uestrum uidimus, nullas à uobis accepimus literas, præter in Marchia unas, & impensis uiximus alienis, munificètia principũ sustentati: animos uestros rerũ exhibitione satis intelligentes, nisi forsità Prior fidelis interuicius esse contempserit, quod tẽpus sine dubio dabit in lucem. Quid est fratres quod toties nos ut reuerteremur ad monasterium precibus pulsare uoluistis, quasi mentem nesciretis nostram, quam uobis dudum literis significauimus per Priorem? Si uoluistis ut rediremus ad uos, quare mādatis nostris nõ obtemperastis? Quare Ducem non conuenistis uestrum, ut nobis graciosum retribuisset animum? Sed audiuimus illum dixisse ad suos compluries, quare abbas nõ reuertitur ad monasteriũ suum, quando nemo illi fuit molestus, nemo turbauit, nemo iussit exire, nemo reuerti prohibet? Mallet enim. Dux non dubitamus non esse factum, quod ad instãtiam fugitiui illius monachi fieri mandauit, pœnitentiãq; ductus ut rediremus optaret, sed more principũ huius mũdi, ueref ne si nobis desyderiũ scriberet suũ, recognouisse iniuriã uideretur quã fecit. Magis autè expectat humilitatẽ à nobis, ut qui cõtumeliã suscepimus ueniã priores deprecemur. Non possumus hoc nostrã decere institutionem monasticam non confiteri, & fecissimus quam libentissime ob Christi amorem, nisi uestra nobis inueterata nimium ingratitudo ne rediremus obstuisset. Satis enim perspecta nobis est innata clementia Ducis, quã uel unis impetrare potuisset Irlis minime dubitamus. V uestra in nos cõmissa ingra-

titudinis uicia saepiusq; repetita cogitamus, quorum diutius in-  
 solentia tolerare non uolentes, data nobis occasione qua libe-  
 remur a uobis licet cum amaritudine suscepimus, sciētes nos  
 agrum huc usq; sterilem coluisse. Nimum estis ignaui & simpli-  
 ces, si putatis me dolos uestros & fraudes non praeuidisse, cum  
 me uerbis ut redirem fecistis crebrius rogari, & tamē nihil plū  
 quā reditū meū timuistis. Creditis nos latere cōsilia in cōuentu  
 malignantiū apud Pingiones agitata? Aut minime cōstare no-  
 bis eulogia putabitis quae prior nomine omniū uestrū cōfinxit  
 in mōte specioso aduersum nos faciēs ea cōscribi per manus Pe-  
 tri Schlarpii, quanq̄ intercepta cuiusdā fratris industria apud  
 Būdoras, in manus nec dum peruenerit nostras. Hæc ingrati-  
 tudinis & maleuolētiae uestrae manifesta inditia nos eadē ratio-  
 nabiliter cōmouerūt, ut recedētes a uobis tātas insolētias diu-  
 tius minime pateremur. Quod utinā prius fecissemus cum ad  
 plūtes uocaremur abbatias a multis, quas una sentētia omnes  
 uestri amore contēpsimus. Erant enim tunc plures inter uos  
 religiosissimi fratres moribus & prudētia insignes, quorū intū-  
 tu oblatam nobis fortunā despeximus. His tandē aut mortuis  
 aut ad alia monasteria uocatis, uos mihi relīti fuistis prudētia  
 & eruditō: paruuli, stultitia uero & temeritate magni, quos se-  
 pe ad semet ipsos iusticiae reuocare tentaui, nihil tamen pro-  
 ficimus unquā. Semper uobis disciplina regularis odiosa fuit,  
 & propterea neminem uoluistis unq̄ sustinere priorem, nisi qui  
 uestris moribus cōueniret. Simplicem illū & rectū uirū Nico-  
 laum Stauroplitanum quē uobis cōstitueramus priorē, cum  
 per uiam obseruantiae regularis ambulare cerneretis, tot iniu-  
 riis, cōtūmeliis & irrisionibus agitastis, quousq; nō solū de prio-  
 ratu eū dedemonasterio quoq; turbaretis. Venerabile quoq;  
 fratrem integerrimumq; uirū Ioānē Damiū Curtesiu agrippināre  
 literis



literis à nobis omnifariam sufficienter imbutū, non modo latinis sed græcis quoq; atq; hebraicis pari uæfania sustinere in pri oratu recusastis, p̄pterea q; ad regulæ puritatē ambulās uestris noluit cōsentire peccatis. Hic quantum euaserit apud alienos q; suis displicuit hodie cernitis, quē ad uos reuocare iā deinceps minime poteritis. Improbitas uestra uiros optimos nunq̄ potuit sustinere, p̄pterea q; uestris leuitatibus minime cōsenserūt. O Spanheim Spanheim, bonos utilesq; uiros ab initio reformationis tuæ semper abhorrés, quantis uolui conatibus tuas reuelare miseras & cōsentire noluisti. Ecce nūc tandē a cedia plenus maiorēs compellor sequi fratres quos iniuria repulisti, Nōne Henricū Northeimensem uirū optimū regularisq; discipline zelosissimū custodē inuidia paruulorū ad Saxones redire cōpulit? Post quē pari uæfania amulog; ex te pulsauerunt Ioānes Thoringus nūc Prior in Pegauia, Ioēs quoq; de Dreisa iā Prior in Mariæ monasterio, Nicolaus stauropolitanus cellarius Lympurgēsis, Ioēs Damius p̄positus sancti monialiu in Nouocastro apud Budorim, & Ioānes Venatoris institutor nouiciorū in p̄fato cōnubio Pegauienti, q; singuli mutuo sibi succedētes Prioris in te gesserūt officiū, quos zelū discipline monasticae habētes ferre noluisti. Trāseo reliquos nō priores, monachos simul atq; nouicios, quib⁹ inuidia tuorū fortunæ le cū cōtulit melioris. Hæc tua Spanheim infirmitas semper & nau sea fuit, quod sanū fuit & ingrū euomere, & grotū uero & inu tile, nō sine periculo in uestris stomacho retinere. Viros bonos, maturos & utiles, in quibus requiescere potuissē securus per inuidiā eiecisti, quoq; destitutū auxilio facilius tandē seruire in pastorē. Expullis nequiter domesticis, quid restat nisi ut pater familias expellat? Excusationē uerba legitimā cōstita nō afferunt, qm̄ dāni occasionē quidam, damnū dedisse uidet. Præter

em̄ illa q̄ uestra superi⁹ in nos cōmissa perperā enumerauimus  
 nō minus ad indignationē nos concitauit mendosa detractio  
 uestra, cū nihil eorū deo teste cōmiserimus, q̄ impio in nos aīo  
 confinxistis. Erubescimus dicere crimina quorundā uestrū q̄  
 oībus uobis sunt manifesta, sed quia inrer nos ista manebūt se-  
 creta q̄ hac uice scribim⁹, & nos cōpellit integritas ad memo-  
 riā uobis reducam⁹ quorū nunq̄ fuistis obliti. Boni fratres hor-  
 tamur uos p̄ districtū dei iudiciū in quo secreta cordiū erūt ma-  
 nifesta, cessate innocentē p̄sequi patrē, de quo qcquid sceleris  
 dictū est, confictū & mentitū nō ignoratis. Vos ipsos inspicite  
 potius & agite pœnitentiā, qm̄ parua consolatio est si hoīes ue-  
 stra lateāt crimina cū deū minime latere q̄ant. Schedulā his in-  
 clusam legite, & quāta uobis pœnitētia sit op⁹ intelligetis. Nō  
 sufficim⁹ admirari temeritatē uestrā, qua inuoluere sceleribus  
 uestris nō metuitis innocētes, usq; adeo ut ne nobis quidē par-  
 cere noueritis. Nisi uerecūdia phibuisse nos reprobam cōuer-  
 sationē uestrā qua nobis absentibus semp̄ in deteriora p̄fecistis  
 ad noticiā patrū deduci fecissemus, ut agnoscerēt oēs quantā  
 à uobis suscepissem⁹ iniuriā. Cōfidimus aut̄ in dño Iesu q̄ solus  
 nouit innocentia nostrā, qm̄ uenient in lucē oīa q̄ cōmisistis in  
 nos nobis etiā nihil reuelantibus, dabitiscq; iusto dei iudicio me-  
 ritas in hoc tpe pœnas, ne in futuro examine pereatis. Vos q̄  
 dē nobis ut cederem⁹ occasione improbitate uestra tribuistis,  
 talia cōmittētes in nos qualia boni claustrales nunq̄ in suū cō-  
 misere pastorē. Abbatia itaq; monasterii diui præsulis Martini  
 Spanhemensē, quā canonice dudū electi atq; cōfirmati susci-  
 pientes annis 23. mensibus duobus & uiginti diebus cum Dei  
 auxilio p̄ uirib⁹ ad puritatē regulæ sanctissimi patris nostri Bñ-  
 dicti regere manu tenere & gubernare curauimus, hodie p̄ ma-  
 nus nostræ chirographū p̄pter incorrigibilē temeritatē uestrā  
 multipli

multiplicēsque iniurias tā à uobis quā ab aliis susceptas corā cru-  
 cifixo Iesu Christo in arbitriū cōuentus, nō inducti neque ab ali-  
 quo persuasi aut cōpulsī, sed uoluntate spontanea in dei noīe  
 resignamūs, ea cōtenti quā pridē S. Jacobi maioris apostoli  
 in suburbio ciuitatis Herbipolensis oblatā à reuerendissimo p-  
 sate Laurétio suscepimus gubernandā. Confitemur autē & pu-  
 blice in his scriptis prestamur, quod Ioannē nutiū seniorē, Ioannē  
 Damiū, Ioannē eusanū, Ioannē de sobernheim, Ioannē pingi-  
 onitā seniorē, & Nicolaū sculteti filiū, ab oībus iniuriis & cō-  
 tumeliis nobis illatis à uobis credimus, tenemus & pronuncia-  
 mus innocētes innoxios & immunes. Satis enī nobis innocen-  
 tia & integritas eorū cōstat, quod pura semp deuotiōe nostris obe-  
 diuere mandatis, seq; à prauitatis uestre studiis ubiq; subtraxe-  
 rūt. Propterea illos immunes denunciamus atque innoxios ab  
 oībus iniuriis cōtumeliis & detrahiōibus uestris, quibus ut re-  
 cederemus à uobis effecistis. Similiter & uita defunctos præter  
 Haymonē oēs credimus & pronūciamus à uestris cōspiratio-  
 nibus innocētes. Omnipotens deus indulgeat uobis ea quæ com-  
 misistis in nos & nō imputet uobis in peccatū ad mortē, sed culpā  
 simul & pœnā, pro ea debitā in hac uita remittat. Ego uobis etiā  
 non rogātibus propter amorē Domini mei Iesu Christi liben-  
 ter indulgeo, à quo & ipse meorum exspecto ueniā delictorum.  
 Credite mihi fratres coram Christo Iesu & saluatore omnium  
 uera dicenti quoniam semper uobis peperimus & malefacta  
 uestra quæ in Deū cōmisistis & me nunquā effudi in Lucē, indignū  
 existimans, ut pastor mali aliq; d etiā cū ueritate de suis ouibus  
 loqueret. Hinc scio uobis audacia creuit, & temulēt<sup>9</sup> cōtra nos  
 pauper cornua sumpsit, ut de me fingeretis falsā, qui de uobis  
 semp tacui uera. Satius ergo duxi monasteriū dimittere, quā  
 uestros mores improbos in capitulo patrū uerbo uel scriptis  
 accusare. Certus sū, n. & nullaten<sup>9</sup> dubito, quā si causam uter

In notitiã patrũ deduxiffem qui apud Mogunciã in capite septembris anni præsentis capitulum annale celebrarunt, & mea fuiffet comprobata innocentia, & nullus uestrum deinceps in Spanheim remaniffet. Veftrum corã hominibus libenter portauit opprobrium, ut uerum me Iefu Chrifti comprobarem difcipulum. Arbitrabar em̃ melius ut unus cederet multis, quã propter unum multi despergerentur. Dominus Iefus qui eft iudex uiuorum mortuorumq; uenturus, pro his contumeliis & iniuriis, quas innocenter fuffinui mercedem, mihi rependet fupra quã aufim aut petere aut fperare non dubito. De cætero fratres fecundum dei timorem & ueftris prouidete cõfciẽtiis, & talem fuper uos eligitẽ pastorem, non qui prauis conueniat moribus, fed qui uerbo & exemplo uos precedat in falutem. Duos fcio inter uos principes factionũ, quorum ad abbatiam uterq; aspirat, alter uaticinio cuiufdã fatuelli ficuti omnes nouiffis dudũ animatus, alter uero in fua prudentia cõfifus. Deũ nõ q̃rũt fed fux folatia carnis, qd̃ ex uita utriufq; tráfacta facile cõprobare poteflis, ac deinceps nõ fine periculo experiemini. Hoc folũ monuiffẽ fufficiat, quanq̃ uerear furdis narrare fabelam. Dñm Deũ timete, & eius obferuate mandata, ne peccatũ accumulantes peccato, iram uobis duplicem in die reuelationis iuftri iudicis thefaurizetis. Vindex enim eft Dominus & fuã longanimitatem in eos qui peccant & non egerunt pœnitentiam, atrocitate pœnarum compenfãt. Valete & reũum aliquĩ fapite. Ex Herbipoli ultima die menfis octobris Anno. 1506.

IOAN. TRITE. ABBAS S. IAC.

Apostoli in suburbio Herbipolenfi, Joanni

Brachtio priori monasterii diui Mathie

Apostoli extra muros Treuironum

amico falutem & charitatem.

Quam



Vam pendeant cuncta sub ancipiti mortalia casu,  
 si prius amice nescieras, Tritemiana tibi nunc pa-  
 tetafacit historia. Ego sum ille Tritemius, abbas quon-  
 dam Spanhemensis, quem docti simul & indocti tanquam o-  
 raculum A pollinis obseruabant, qui omnium ore laudatus,  
 Bursfeldianæ congregationis uidebar caput atque columen.  
 Magnum me aliquid existimabant Reges & Principes, Ec-  
 clesiarumq; præfules ad famam nominis nostri concitati, me  
 uidere, me alloqui, ac suis interesse cupiebant archanis. No-  
 men Spanhemensis abbatis per omnium ora cum laude uo-  
 labar, seq; putabant felices uiri magni & eruditi si quos in mei  
 familiaritatem admisissim. Confluebant ad me non solum ex  
 Germania tota uiri doctissimi atq; spectabiles multi, sed ex Ita-  
 lia quoq; & tripartita Gallia plures: principes quoq; & pontifi-  
 ces Ecclesiarum suis me literis atq; muneribus uisitabant. Hunc  
 me talem in æstimatione hominũ longe lateq; habitum cõmo-  
 uere quis potuerit miraris, ut locum quẽ scriptis & lucubrati-  
 onibus insignem reddidi, fratres quosq; meos, quos enutriui in  
 Christo, unã cum illa preciosissima supellectili uoluminũ, quã  
 omni uarietate scripturarum congregaui, dimitterẽ, & in ob-  
 scurum paucissimis notum hunc me locum transferrem. Scri-  
 psimus tibi de mense Iulio prioris anni, propter quasdam iniu-  
 rias nobis inuidia hostis antiqui factas in nauseam monasterii  
 nostri Spanhemensis incidisse, quarum recordatione permo-  
 ti dimisso ad tempus cœnobio in Marchiam secessimus Bran-  
 denburgensem. Inde reuersi ad Neometim, tales æmulum  
 inuenimus animos, q̄ satius uidebatur nobis monasterium ex  
 toto deferere, quã acedia cõtinua pulsante cum ingratis & perfi-  
 dis diutius habitare. Ad pauperẽ, humilẽ sancti Iacobi abbatia  
 in suburbio ciuitatis Herbipolensis oblatã mihi per reuerẽdis-

finum antistitem Laurentium sciens & uolens me contuli, ple-  
 namq; inutilib<sup>9</sup> & uanis occupatiōibus Spāhemēsē resigna-  
 ui. Natus enim ad studia scripturarū institutioni meae cōueniē-  
 rem reperi locū, in quo paupertati quies cū trāquilitate con-  
 iūgitur, & pax inopiam comitatur. Optime nouisti meā uiuen-  
 di consuetudinem, quoniā nec multa quāsiui unquā nec ma-  
 gna, sed paucis semper & paruis uixi contentus. Oblatas pin-  
 gues locupletēsq; abbatias plures contempsi, sciens in multa  
 rerū abundātia, multas esse turbationes, meo quoq; nihil adeo  
 cōtrariū proposito, q̄ rebus immergi téporalibus & nullā ad sa-  
 lutis studia superesse quietē. Scio enim q̄ dixit. Trāquillā & ua-  
 cuā curis sapiētia mentē imbuit, & placidi pectoris hospes erit.  
**E**rā propterea familiari paupertate cōtentus, & spretis mūdi  
 pompis atq; diuitiis, latere in Spanhemēsi tugurio non recusa-  
 bam. Vidit hoc *μίσθροσ τοσ* & inuidit, existimānsq; aut prin-  
 cipū me curiis mancipandum, aut rebus necessario implican-  
 dum terrenis, totum perfidiā suā uenenum in pauperē humi-  
 lēmq; parauit. Ab annis retro duodecim fratrū quorūdam in-  
 fecerat corda, male partibus fauentium principis serenissimi  
 comitis Palatini, quorum machinatione occulta in nos tandē  
 prauorum surrexit inuidia. Palatini principis in me fauor Cy-  
 nonotorum auxit inuidiā, quorum latentis odii causam di-  
 sparis potentiae consideratio dedit. Videbant me inter se-  
 cretos plerunq; admissum, diuinq; munificentia Iouis honora-  
 rum & tabescebant, plusquam fuit emolumentum somniantes.  
 Quā diu stetit Leo robustus in flore nihil catelli audebāt, sed o-  
 periebantur tempus, quo possent super innocentem suam ex-  
 exercere maliciam. Venit illa dies prauis optata blasphemis, qua  
 improbi raptōres totum Palatini turbantes principatum rap-  
 pinis incendiōq; uastarunt, neq; monasteriis neq; dei parcen-

tes Ecclesiis, se non Christianos sed Turcas potius exhibuerūt infideles. Interea fortissimus leo persequente aquila totius imperii uiribus grauisime fatigatus, non paruum cœpit sentire detrimentum, ut fides multorum probaretur. Prostratum è cœlo Iouem extinctūque subito Leonem multi putabant, & qui prius metū non charitate uidebātur amici, in aduersis constitutum principem mansuetissimum deferentes cum aduersariis senserūt, iuxta uulgatum illud apud Græcos prouerbiū: *Δρὸς περὶ τῆς πᾶς ἀνθρώπου ξυλεύετῃ*, ita nos cum illo cecidimus omnes. Hinc temeritatis ausum inuidia sumpsit, pauperēque me & innoxium Tritemium carpsit, oportunitatem nacta diutius optatam, qua se inter culices iactaret potentem. Me nanque apud Budoras cum sacratissimo principe moram agente, Cynonotorum satellites principis, ad quorundam fratrum meorum instantiam, qui fuerunt in scelere deprehensi, monasterium intrantes, quosdam è familia, qui factum notauerant, cœperunt, spoliatōsque sub immunitate ecclesiastica rebus omnibus & ianuis fractis in uincula coniecerunt. Hæc mihi Budorim nunciata non mediocriter displicuerunt, propterea quòd in odium mei facta consyderabam, ueritus quòd accidit, ne puritatem mei nominis apud ignaros ueritatis in aliquo lædere posset. Constitui ergo penes me, non prius redire ad monasterium, quàm patræ iniuriæ causam iusticia uindicassẽ. Mansi autem foris mensibus decem & octo, memoria facti, ut mihi uisum est, ratione cōmotus, & quanto diutius, tanto nausea reuertendi maior me inuadere cœpit. Sane non parum ad cedendum me fratrum meorum ingratitude permouit, quam sæpe quidem grauiter expertus, uerecundia prohibente in lucem facere non uolui.

melius iudicis, ut iniuriam paterer, quam multitudinem cum  
 ueritate licet diffamarem. Maneant occasiones mei recessus  
 Deo commissæ, & quantum ad me pertinet silentio tectæ, qua-  
 rum noticia scandalum potius induceret auditoribus, quam  
 ædificationem. Crede mihi uelim amice, quoniam nisi graues  
 fuissent iniuriæ, & nimium discessus mei rationabilis causa, mo-  
 nasterium meum, cui annis præfui tribus & uiginti cum sollici-  
 tudine maxima, bibliothecam quoque preciosissimam non ressi-  
 gnassem. Nihil Deus permittit sine causa. Quis scit si me in al-  
 lum transferri uoluit locum. Scio equidem non paucos mi-  
 rari, quod abbatiam dimisi Spanhemensem, quam libris & stru-  
 cturis esset pulcherrimam, usque adeo, ut in tota Germania  
 nusquam reperiatur bibliotheca, in qua tot habeantur in omni  
 scientia scripturarum noua simul & antiqua uolumina precio-  
 sa atque rarissima, non solum Latina, sed Hebraica quoque & Græ-  
 ca, caractere scripta uetustissimo. Nam ut uidisti plus quam  
 duo uoluminū milia ex diuersis mundi regnis rara & antiquis-  
 sima comportauit, quæ omnia cum ædificiis & rebus uariis a-  
 more pacis dimisi. Si quis ex eorum amissione dolor animimum  
 pulsare cœpisset, mortis mihi similitudinem formaui, qua non  
 solum obliuionē librorum, sine quibus aliquando uiuere non  
 potui, sed etiam cōtēptū (ut dixerim ita) mihi metipsum persuasi.  
 Magno fateor bibliothecæ quōdam tenebar amore, & cunctis  
 mundi opibus libros meos anteferebam: sed postea quā rerū  
 mutationē perpēdi adesse mearū, omnia quæ prius amauerā  
 stercoris æstimatione contempsi, animoque imperaui meo, nihil  
 præter seipsum deiceps suū credere, & quæ in morte necessario  
 esset relicturus, multo magis uiuēs in carne disceret nō amare.  
 Semel me uana mundi confidentia decepit, qua risus mona-  
 chorū fauorem esse putabam, blandimenta nobilium duxi  
 honorē



honorem, & quicquid offerebat fortuna placens arbitrabar æternum. Non adiciet ut me secundo contristet, quoniam expertus iam didici rebus non fidere uanis, & quæ spes hominum falsa semper in tribulatione deficiat. Cernis ne homo, quæ parua neceat morsus paciosum uipera taurum, & monachi latentes in occulto pastoris labefactant imperum. Gutta cauat lapidè non uis sed sæpe cadendo; & sæpe rectorem humilis turba deiecit superbum. A multis quidem annis improbitatis seminariû pullulare cœpit quorundam inuidia fratrum, quos publici criminis olim tenebat infamia: tam est periculosum rectori contumaces plectere fontes, qui meritas adscribunt iniuriæ pœnas, semper operientes silentio tempus, quo corripientè perdant censorem. Sed Dominus Iesus qui pauperum suorum non obliuiscetur in finem, erit consolatio mea, in quo spem meâ posuit omnem, qui pacè cordi meo dabit in tempore oportuno, & occulta mortaliû iudicaturus producet in lucem. Cuius misericordiam ut ores pro me te etiam atque etiam rogo. Vale. Ex monasterio meo præfato Herbipoli ultima die mensis Octobris. Anno Christianorum. M. D. VI.

IOAN. TRITE. AB. MONASTERII S.

Iacobi Herbip. Ioanni Gotfridi pastori ecclesiæ  
uallis uirorum Salutem.



VOD ME fraterno prosequaris amore satis habeo manifestum, & ideo dissimulare non potui, nec debui forsitan, quo minus tibi omnem rerum secretum mearum innotescerem. Vera namque amicitia Christi confirmata dilectione, nihil accidentis fortunæ celare consuevit amicis, ut si prouenerint secunda, congaudeat, sin uero contraria, patienti amico compatiatur. Causas diurnæ peregrin-

nationis meæ à monasterio Spanhemense, notas tibi non scribo, sed quã æmuloꝝ iniuria motus rebus tandẽ prouiderim meis. Quid nifacerem tã insigni præter meritũ cõtumelia suscepta: Necessẽ fuit mihi pacẽ non aspernari oblatam, & quæ negabatur à propriis amplecti cum alienis. Enimuero quæ hodie sit facies obseruantia regularis monachorũ in Spanheim, qualisq; fuerit olim me præsentẽ, uicinus ignorare nõ potes, & quanta mihi dudum ingratitude exhibuerint signa probe cognouisti. Quid deinceps facerem cum ingratis hominibus, qui nihil minus quã spiritualia curant, nihilq; studiosius quã carnalia sectant. Maximis me curis & laborib⁹ pro eorũ cõmoditate per annos iãtres & uiginti cõtinuos affixi, uides quã re porto mercedẽ. A duersũ nos cũ æmulis potiores inter eos sentientes, pietissimũ in nos ducem cõcitarũnt, mendacio fraudẽq; usi & dolo, donec pro ueris falsa persuadentes efficerent quod dudũ cogitarunt. Ad tẽpus monasterio duximus cedendum, ut saniori consilio non deesset oportunitas, qua meritas daret inuidia pœnas. Nouẽ in Marchia Brandenburgensium cõmorati mensibus, certo putabamus futurum, ut suum temeritas mutaret consiliũ, & fratres malorũ saltem innoxii principis animũ conuenirent. Interea nos ad monasteriũ per literas ut reuerteremur sæpius rogauerũt: Ducẽ uero quẽ nobis incõsulto mendacio reddiderũt infensum, uerecũdia motiatq; pauore in cõtrariã suadere sententiã cõtẽpserunt. Reuersi tandem Budoras, ad nos euocauimus priorẽ, à quo relatione cõsuetã perceperimus omnia esse pacata, & nihil penitus uerendũ: omnesq; nõ solũ uicinos & fratres, uerũ & ducẽ cũ suis orare Cynonotis, ut ad cœnobiũ quantotius redirem⁹. Persuasit nobis tã de animũq; induximus redeundi, annali mox celebrato capitulo,

tulo, qđ in capite Septembris apud Mogunciam instabat seruan-  
 dum. His auditis latū se fingēs abcessit, mœstus corde reuera,  
 quia certissimus illū ad Spanheim reditū nostrū semper hor-  
 ruisse potius quā optasse. Nisi enim nos fallat opinio, spem illi  
 Abbatia: imago 26. in refectorio dedit depicta. Recedente autē  
 priore, mox nobis per Ioannē Damiū innotuit, qualia Mogū-  
 tia: in monte S. Iacobi per manus cuiusdā monachi cœnobii  
 sancti Ioannis Rinckaugiensis Petri Sarpionis eulogia scribi  
 nomine totius conuentus Spanhemensis fecisset, quæ tñ ipsi  
 us referentis cautione intercepta ad manus nostras minime  
 uenerunt. Hac perfidia nostrorum cognita, sumo statuimus  
 consilio, ad Spanheim deinceps minime reuertendum, nullis  
 que cedendum suasionibus hominum in hac parte quorum  
 cunq;. Vere in me completum est illud Chtisti in Euangelio,  
 quoniam erunt inimici hominis domestici eius. O claustrali-  
 um memoria beneficiorum breuis, quoniam parua in mona-  
 chis fides, non Deū sed semetipfos quærentium. Quis credidit  
 set Tritemium abbatem subditis piū semper, & nulli onero-  
 sum, nulli grauem, nulli molestum, sed omnes affectu pater-  
 no fouentem, omnes charitatiue tractantem, & in uera dile-  
 ctione amantem, tam repente ac sine causa deserendum a suis  
 filiis, quos in Domino collegit, fouit, & enutriuit? O prior Iu-  
 dæ non immerito comparandus traditori, quā perfidum te  
 nobis exhibuisti uicarium, qui ut abbatiam cōsequaris nostrā,  
 manifesta in nos machinans perfidia. Memor esto uel nunc  
 tandem omnium ingratisime hominum, quanto non solum  
 tibi quidē indigno & nunq̄ merēti studio humanitatis bñface-  
 recurauerimus semp, sed tuis quoq; parētibus nostrā imperidi-  
 mus bñficia cū summa pietate. Scis em̄ perfide, nec ignorare  
 potes, q̄ bello ducatū Lutzenburgensem deuastāte, patriam

Math. 10.

nudi atq; mendici propter inopiam exire fuerūt compulsi, & neminem inuenientes receptorem, ad te qui tum nouiciū nobiscum uixisti in Spanheim uenerunt, & in porta uallis uirorū ad unius annis pacium in magna paupertate uixerunt. Nobis tandē ad abbatiā uocatis, misericordia moti, te quoq; instantē, ad uillā eos Spanhemensem euocauimus, gratis domiciliū eis optimum contulimus, eisq; de monasterio singulis diebus præbendam in cibo & potu sufficientem propter Deum tuiq; assignauimus amore, quam & hodie in annum quartum & uicesimum sicuti eis à principio constituiimus suscipiunt. Liberos deniq; & immunes ab omni seruitute, exactione & grauamine uillanorum ac principum eos fecimus, uestimenta dedimus, & in omni necessitate semper eos copiose prouidimus usq; in præsentem annū. Te quoq; primū ex capellano nostro domestico in cellerarium monasterii nostri assumpsimus, confidentiam in te habentes singularem. Sed cum post menses paucos te propter inexperientiam tuam & negligentiam multam amouere ab ipso cellariæ officio cogeremur, ne aliquam sinistra opinionis incurreres maculam, in priorem te ordinauimus claustralem contra uoluntatem multorum: te quoq; in eodem officio per annos iam sedecim contra fratrum murmuraciones omnium manutenuimus, defensauimus & excusauimus semper. Nosram in te commemorari pietatē confundimur, quā negligentiam & remissioni obnoxiam potius quam uirtuti confitemur. Dignum te in monasterio nunquam gessisti priorem, quia nec obseruantiam magnopere curasti regularem, nec in ternæ conuersationis studium amasti. Nobis in uisitatione ordinis sapientius occupatis, tu sine causa, sine necessitate, ac sine uoluntate nostra (quod tibi licebat minime) ad cœnobialium sanctæ Catharinæ, sancti Ruperti, & Ibingen, carnis quæ

quæ siturus solatia discurrebas, & ad uillas & oppida in circuitu  
 trium miliarium contra monasticæ institutionis regulam ua-  
 gari cõsueuisti, cūctos inhihês precibus, ne quis tuâ nobis euaga-  
 tionē intumaret. Nos uero cū aliquâdo factū cognouissemus,  
 nimia in te charitate feruêtes, aut in torū dissimulauius pro-  
 pter pacē, aut minus sufficienter emendauimus. Semper in te  
 animū gessimus pientissimū: Tu autē Judamimitatus tradito-  
 rem pro nostra in te bonitate malū nobis reddisti. Verū quia  
 contumeliâ nobis factam, & per te & per alios cū facile potuis-  
 semus, non cupientes uindicare, reliqua malignitatis tuæ sceler-  
 ra pertransimus, non dubitantes te casurū in foueâ quâ fecisti,  
 iusto Dei in tesauiente iudicio, qui nos infideliter sine causa in-  
 iuste es persecutus. Veremur autē non sine prælagio futurorū,  
 q̄ nimis sero boni fratres experientur, q̄ pium utilimq; in no-  
 bis amiserint pastorē, sua potius quā nostra uoluntate, cui faue-  
 re & subuenire in tēpore necessitatis, amore an odio æmulo-  
 rū aut nostri cogitēt ipsi, contēpserūt. Vt reuenteremur ad mona-  
 sterium crebrius rogauerunt, sed q̄ nunq̄ id fecerint integro in  
 nos animo, duorū nobis cõsideratione persuasum est. Horū  
 est primū, q̄ nunq̄ induci potuerunt, ut Principis Cynonoto-  
 rum, quē nobis mendacio suo quidam reddiderūt inensum,  
 mitigare animū, uel leuiter saltē tentassent, metuentes duplici-  
 tatis argui, si quē prius uituperauerāt rursus postea laudassent.  
 Alterū uero infidelitatis eorū testimonū satis est manifestum,  
 quoniâ qui prius ut reuenteremur semper instabāt, mutati, uel  
 potius detecti apud Pingiones in consilio malignantiū, ut ce-  
 derē officio curæ pastoralis rogauerunt. Nos autē pro nostro  
 non ipsorū arbitrio duximus rebus nostris prouidendū, celsi-  
 musq; cum nobis placuit, non quâdo uoluerunt ipsi. Dolemus  
 principē alioquin humanum, mansuetum, & eatenus restitu-  
 dd

dinis amantē, hac uice nimis credulum extitisse prauorū delationibus, quando ne uerbo quidē eius unquā cōtradimus imperio detrimentū. Palatini iustis partibus nos semper benefuisse confitemur, neq; nos pœnitet, quoniā Principē illum agnouimus Christianissimū, Deo deuotū, & bonis doctisq; uiris semper benignū, mansuetū, & pientissimū, cuius multa in nos beneficia ingratitude arguerēt merito, si aliter sentiremus. Quid fauor iste noster Illustrissimo Principi nostro Palatino boni contulit, aut quid tuo nocuit Duci? Nihil cerre profuit illi, nihil nocuit isti. Monachus pauper & modicus Principibus huius mundi magnis conferre quid poterit seu auferre: Fauemus tamē semperq; fauebimus Palatino sacratissimo principi q̄ optime, tuo uero duci fauemus quantū ipse nobis fauisse conuincit. Sic enim nobis per suos mādari fecit. Reuertatur ad monasteriū suū abbas nihil metuens, quia nos neq; boni neq; mali quicq̄ illi sumus facturi. Quā pulchra Ducis Christiani promissio, in qua mentis eius in nos habitudo manifesta efficitur. Sed mobile tandē ualeat cum principe uulgus. Tritemius his fabis non pascitur. Deum posui adiutorē meū, cui omnē causam iniuriarū cōmisi, certus q̄ nulli facit iniuriā, sed reddet unicuiq; iuxta opera sua. Scio enim quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū Dei, quēadmodū & ipse Dominus nos ter Iesus Christus in multis nos passioibus tribulationū prae dere dignatus est, suo nos uolēs exēplo in aduersis esse cōstantes. Omnia propter amorē patriæ cœlestis patiēter sufferre debemus aduersa, ut corā angelis Dei mereamur scōrū inuenire consortiū, qui contumelias nō uindicamus æmulatorum. Nam ut Hugo Folieti monachus noster in primo lib. scribit de anime claustro, quatuor uiro bono sunt necessaria. Primū, ut cōs sibi faciat amicos. Secundū, ut si facere amicos nequiuerit cōs, inimicos

*Viro bono  
quatuor sunt  
necessaria.*

inimicos salté non faciat. Tertiú, ut si nec hoc euitare potuerit quo minus fiat inimici, discedat ab illis Quartú, ut si quis discedenté persequat, nō uindictet iniurias. Ego uero qui me uirū exhibere bonū semp studui, quātū in me fuit oēs cupiebā habere amicos, eos maxime q̄ uirtutib⁹ & eruditione literarū uiderent ornati, de quorū uidelicet familiaritate nō uituperiū, sed laudis mihi p̄coniū nasceret. Et multos quidē cōmertio studioq̄ feci amicos, quorū in aduersis postea fidē & cōstantiā sui expertus. Vnū duntaxat hominū genus admittere in amicitia nūq̄ potui, quū se bonis studiis semper inimicū exhibuit, & uiros eruditos p̄sequi nūq̄ cessauit. Hi sunt tumidi & ignauissimi literarū osores, qui doctos uiros superbe despiciētes, nihil amplius q̄ pecunias, & uanos mūdi uenantē honores, quoq; amicitia nūq̄ optauit, nec si qua suūssim obtinere facile potuissim, p̄pterea q̄ omnis eorū amicitia pecuniarē & munerū largitione cōstat, nō Christi aut ueritatis amore. Me aut odio habuerūt, p̄pterea q̄ me uirtutibus & sacro studio scripturarū, quorū se contēptores semp exhibuerūt, totū mācipauit, simulq; quēd infaciabilē eorū auaritiā donis atq; munerib⁹ facere locupletiorē nesciui. Quis unq̄ doctus uel eruditus inter Cynonotos sine detractione cōuersatus est? Aut quē studiosum literarū nō sunt p̄secuti? Nam ex ipso p̄cipe aliquādo me audiuisse memini, quāto solo uisu librorū afficiatū horrore, causam assignāte nō aliā, nisi q̄ p̄ nimia p̄ceptorū indiscreta fuerit uerberatione castigatus & uerberatus. Hęc dixerim non ad contumeliā Ducis, sed ut tu ad memoriā reuoces quod non ignoras, quales sint q̄ se mihi sine causa inimicos exhibere uoluerūt. Ego aut secutus boni uiri cōsiliū recessi ab eis, malēs pacē habere i terra aliena, q̄ cōtinuā in propria perturbationē. Putabāt forsitā amuli nostri oibē terre spaciosum in unius caligulæ angustia restrictum, ut inueni-

re Tritemius extra Spanheim non posset ubi maneret, cogere-  
 tūq; propterea illorū se submittere uotis, & ad imperium Cy-  
 nonotorum seruum uiuere, qui innata semper libertate uiuere  
 sub Christi famulatu solius consuevit. Certus tamen esse mihi  
 uideor, quoniam si rei prænouiissent exitum, quæ me cedente  
 modo cognoscunt, hanc temeritatem aggredi nunquā præ-  
 sumpsissent. Inter monachos autem nostros duo sunt capita fa-  
 ctionum, qui nobis absentes reddere infensos tentauerunt, nō  
 tam odio nostri, quā sui forsitan amore, quippe quibus non  
 modica spes sit nobis cedentibus ad abbatiam, nec tibi amice  
 nōmina eorum incognita sunt, nec peruersi mores abscon-  
 diti. Dicunt nihilominus, iustificationem sui præferentes,  
 quod nobis & antea dixerunt. Quis te pater abire uel iussit uel  
 coëgit? aut quis te redire prohibuit? Cur ad monasterium tuū  
 non regrederis, cum non solum nemo sit qui prohibeat, sed  
 omnes potius in circuitu nobiscum amici simul & qui prius ini-  
 mici uidebantur tuum uehementer cupiant reditum? Nemo  
 fateor me iussit exire, nemo compulit, regressum nemo inter-  
 dixit. Spontanea uoluntate contumeliam non ferens æmulo-  
 rum, foris ubi eram remanere statui, donec uiderē exitum rei.  
 Redire autem ad monasterium ingratis morum hominum,  
 stulticia mihi uideretur potius quā pietas, ubi conuiciator in  
 foribus astat quotidie, auxiliator uero nullus adest. Vnde cō-  
 primi inter duos molares metuens, satius mihi uisum est, ab-  
 batiam simul & gentem cum pace deserere, quā in medio na-  
 tionis prauæ continuum mentis & corporis periculum formi-  
 dare. Nulla me temeritas ut cederem propria incitauit, nec si-  
 ne patrum præcedentium exemplo prauos monachos dimisi,  
 quorum ingratitude talem meretur pastorem, qualem ego  
 me nunquam uolui exhibere. Rabanus ille Maurus abbas Ful-  
 densis

Rabanus  
 Maurus.



denſis in ordine ſextus, uir certe doctiſſimus, improbitate monachorum ſuorum abbatiam ipſam, poſtea quã annis rex ſſet quatuor & uiginti deſeruit, & ad Lodouicũ Imperatorẽ piũ cõ fugiens declinauit, à quo tranſacto biennio poſt mortem Orgarii archiepiſcopi Moguntini in locũ eius ſuffectus eſt. Regino quoq; Prumiſis cœnobii claris, ſimul & doctis, abbas, qui multa ſcripſit utilia, monachorum ſuorũ iniuria pulſus abbatiam deſeruit, & ad Treuirorũ archiepiſcopũ confugit. Benno primus abbas monaſterii Gœſſecenſis, per fratres ſuos & Comitẽ fundatorem agitatus iniuriis, abbatiam dimiſit unã cum cœnobio, & pro Chriſti amore ad heremum conuolauit, qui tandem omnium conſenſu ſacerdotum eccleſiæ Miſnenſis Epiſcopus ordinatus eſt, & in teſtimoniũ ſanctitatis uſq; in præſentem diem crebris choruscat miraculis, de quo monachi ſui quã male & improbe ſenſerint, ſcriptor Chronicæ Pegauie ſis non tacuit. Quid loquor de nouiſſimorum pene temporũ abbatibus, cum princeps monachorũ diuus pater noſter Benedictus, primam ad quam fuerat ordinatus abbatiam, propter ſubditorum perfidiam dimiſerit. Non ſum melior quã patres mei ſanctiſſimi atq; doctiſſimi, quos omnipotens deus iniurias uoluit pati monachorum, ut in eis ſanctitatis auget meritum, uel more ſapientis agricolæ, ut fructum uberiorem producerent, ſi in locum magis conuenientem transplanteret. Plures enim ueterũ lectione cognouimus præſtantiſſimos patres abbatias dimiſiſſe ſuas propter ingrati tudinem monachorum, alios quidem coactos metu tyrannorum, alios uero ſpontanea uoluntate. Horum ego patrum exemplo monachos cum abbatia dimiſi pertinaces, quorum commiſſa in nos facinora præ uerecundia calamo tradere non putauit. Verum ſicuti in his malis non omnes monachos meos aſſumare poſ-


*Regino Prumiſis.*

*Benno abbas*

sum innoxios, ita nec omnes dixerim esse culpabiles, quanquam si me uoluissent diutius habere pastorem, offensum delatoriibus falsis ducem aliter informassent. Satis enim mihi constat, Ioannem Nutium, Ioannem Cusensem, Ioannem Damium, Ioannem de Sobernheim, & Nicolaum sculteri, in omnibus conspirationibus fratrum contra me semper fuisse innocentes, nec in aliquo me laesum ab eis confirmo. Nomine autem exprimerent illos, qui dentes suos armauerunt in nos, parum conducit, tu enim qui sint & quales optime cognouisti. Inter quos duo capita factionum, Remitius Melantius Prior omnium ingratisimum hominum, & iunior ille Pingionita, cuius malicia fatuitate superat, quosdam temeritatis suae fautores consecuti, ambo totis abbatiam conatibus anhelant. Ut ergo tandem eorum magis innotescat perfidia, lecum damus & tempus, longa docti experientia, quantum obstet mentis praesentis perniciose temeritas monachorum. Oblatam nobis abbatiam monasterii sancti Iacobi apostoli maioris in suburbio ciuitatis Herbipolensis, per antistitem reuerendissimum Laurentium de consilio amicorum, quinta decima die mensis Octobris anno praesentis suscepimus, & prior Spanhemensem, cui praesumus annis 23. mensibus duobus & diebus uiginti, propter monachorum ingratitude, & diuicis tui persecutionem spontanea dimisimus uoluntate. Valeat nunc aemuli mei, humilem innocentemque persecuti, ualeat dum cum inuidis Cynonotis, ualeat prior Melantius iniquitatis promotor cum omnibus conspiratoribus suis. Tantum in me, Deo permittente, inuidia potuit aemulorum, ut benefactorum meorum orire repente obliuio, & malum mihi redderent quibus benefacere non cessauimus. Verum siue uiuimus siue morimur Dominus sumus: Deum posui adiutorem meum, in quo spem omnium locum meam, qui transtulit me de medio nationis praeuax, & constituit

fituit in loco pacis & quietis, ipsi laus in sæcula sæculorū amē. Utinam qui tantopere optauere meam cōtritionē, dei nunc zelo cū puritate armenē, talē desolato monasterio prouisuri pastorē, qui paupertati eius cōsulere utiliter & uelit & possit. Cōpator enim pauperi cōnobio, & pro innoxiiis fratribus cōpationis uiscera porto, quanquā parū rationis mei habuisse uideantur. Habes omnem translationis meæ historiā, qui nihil eorum quæ Cynonoti tui in me præsumperunt. Vindictā non quæsiui contumeliarum, nec quæro in æternū, sciens omnium dixisse iudicem: mihi uindictam, & ego retribuam. Omnia enim patienter sustinui & elongaui me fugiens à facie persequentis: quanquam si uoluissim aliter, neq; suffragia defuissent, neq; uires propulsandi iniurias. Vale, & Deum pro me orare nō cesses, pauperiq; monasterio Spanhemensi deuotus in necessitate adesto patronus, ut esse hætenus consueuisti. Iterum uale, ex Herbipoli ultima die mensis Octobris, Anno Christi 1506.

IOAN. TRITE. AB. S. IACOBI HER-  
bipolensis, Ioanni Damio Curtesio præposito  
sanctimonialiū in Nouocastro. S.

 Vm te nō lateant causæ amantissime frater, animū nostrum ad resignationē Spanhemensis Abbatie mouentes, paucis duximus utendū, hoc solū in primis significantes, nos quintadecima die mēsis huius Octobris, possessionem abbatie S. Iacobi canonica electione adeptos realē, in qua maiore nos cum pace uicturos speramus, quā in Spanheim uiuimus unquam. Vnde literas dedimus ad Conuentum in Spanheim, quibus & eorum ingratitude redarguimus, & resignasse, ppter ea Spanhemensem abbatia denunciamus. Tuū erit perferre illas, & operā dare, quatenus uilem inueniant abbatem, nenniciis eorū consentientem. Quocirca nobis uideretur consultū, q̄ tua charitas hæc denunciatura

speciosi montis tetto abbati, a quo & eorum dependent con-  
silia cuncta, & quasi ab Apolline omnia responsa, Mogunciam  
primo descenderet, si forte pro uisitoribus fuerit mittendū,  
ne iniquitas pualear impiorū. Quocirca in uisceribus Iesu Chri-  
sti te hortamur, quantū in te est, uidere uidelicet nō omittas,  
quatenus pauperi cenobio persona cōueniens & utilis p̄ficiat-  
ur, sicuti ipsa necessitas uidetur exigere. Scis enim quemad-  
modum illi duo, Prior Melantius, & Pingionita mendax, am-  
bo fatuelli & stulti, maxime anhelant ad abbatiam, quorum  
& uitam nostri & mores: nostro iudicio uterq; non solum inuti-  
lis monasterio, sed nocius quoq; non mediocriter futurus.  
Quamuis autem nimis grauem susceperimus iniuriā a nostris  
optamus nihilomin⁹ & monasterio & fratribus omne bonū,  
eius amore qui in sancto Euangelio dixit. Orate pro persequen-  
tibus & calumniantibus uos, benefacite his qui uos oderunt.  
Indulgeat eis omnipotēs deus, qui nos iniuste & sine causa per-  
secuti sunt, nescientes forsitan quid fecerint, zelum habentes  
nec bonum nec secundū scientiam, sed amaritudinis & indif-  
ferentionis. Vale Deum iugiter orans pro nobis. Herbipoli, ul-  
tima die mensis Octobris, Anno Christianorum M. D. VI.

Matt. 5.

## SERENISSIMO INVICTISSIMOQUE

principi Friderico, Duci Saxoniae &c. Ioannes  
Trite. Abbas monasterii sancti Ia-  
cobi in ciuitate Herbi-  
polensi S.



Euertenti mihi nuper ex Marchia Brandenbur-  
genſi, Conradus Mutianus doctor tuæ serenitatis  
deſyderium expoſuit, quod Henricus quoq; de Bu-  
nauue miles quondā & orator tuus nō minore diligētia expli-  
cauit.

eauit. Ambo in unā retulere sententiā, q̄ tua serenitas à me con-  
 summari desyderet historiam de gestis Saxonum, quam A dā  
 de Fulda olim inchoauit, sed morte prauētus non compleuit.  
 A nimus quidem meus & prōptus semper fuit, & uoluntarius  
 tuis obedire mandatis, sed uariis se occupationibus in mediu-  
 offerentibus, hætenus satisfacere & tuis desyderiis & meis uo-  
 tis minime potui. Nunc uero tandē oportuna mutatione quie-  
 rem affecutus Spanhemensem abbatiam resignaui, & eam in  
 qua nunc pauper uiuo ex more philosophus sancti Iacobi Her-  
 bipolensem assumpsi, & meis aptam studiis, & quietudinis o-  
 portunitate magis trāquillam. Si quid ergo in me est uirium,  
 quo tuæ celsitudini gratum possim exhibere obsequium, pa-  
 ratum me inuenies semper, quia præ multis dignum te lau-  
 de principem omnium ore hominum cognoui, quippe qui sapi-  
 entia maximamq; rerū scientia & in uiros doctos fauore pa-  
 rem habeas neminem. Commodauerā olim memorato Hen-  
 rico de Bunauue, cū apud Vuangiones crure laboraret fracto,  
 quædam uolumina, quorum indicem his introclusi, sub fide  
 quātotius restituenda: ille autem nihil suo more restituens, uia  
 humanæ resolutionis ingressus est, fratrem relinquens omnium  
 rerum suarum hæredem, apud quem & ipsa uolumina mea re-  
 mansisse feruntur. Quocirca tuam serenitatem q̄ humilima pre-  
 cor submissione, ut hæc ipsa mea uolumina suo mihi faciat im-  
 perio restitui. Quod si tuo numine affecutus fuero, me tuis  
 rebus totum obligaueris. Omnipotēs Deus excellētiā tuam  
 diu conseruet incolumem, cui me humili sedulitate cōmendo:  
 Ex præfato monasterio meo S. Iacobi Herbipolensi 6. die men-  
 sis Nouembris, Anno Christianorum 1506.

IOACHIM DEI GRATIA MARCHIO BRANDEN.  
 princeps elector, reuerēdo patri Ioan. Tritemio abbati S.



Lingens nostri amor & beneuolentia erga te pater eruditissime, simul & recens memoria eorū quae nobis pia eruditionis nuper exhibuisti documenta, nos uehementer impellunt, urget, comouentq; ut crebro tibi scribamus, significātes in primis praesenti nostro chirographo felicem & incolumē statum nostrum, uxoris quoq; filii, & fratris, atq; sororis. Tuā autē paternitati maxime cōdolemus propter aemulorum inuidiam aduersa tibi suscitantium, sicuti ex tuis literis ultimis intelleximus, & nuncii nostri accepimus relatione. Confidimus tamē q; & sapientiae tuae consilio, & diuino pariter auxilio cuncta humanae prauitatis machinamenta facile superabis. Nimis amara cognouimus relatione, doctissimum quondā praep̄torē tuum Libanium sarcinam deposuisse carnis, & spiritum reddidisse altissimo qui creauit illum, de cuius morte (si tamē mortuus est, adhuc enim speramus uiuentē) nō minus dolemus, q̄ si quispiā ex amicis nostris decessisset charissimis. Praeclarā eruditionē eius, inastimabilem scientiā omnium ferme scripturarū, & singularē ingenii subtilitatē in eo semper dileximus & mirati sumus. Rogamus autē paternitatem tuā, quatenus si mortuum inueneris, omnē pro libris ab eo relictis diligentiam impendas, ne in manus decuciant exterorum, illi maxime quos utiles nobis intellexeris. Libētē enim soluemus quicquid decreueris soluēdum. Ceterum amantissime praep̄tor te iterum atq; iterum q̄ instantissime obsecramus, ut redire ad nos circa festū paschatis, aut p̄tecostes non pigriteris. Est enim nobis quod nosti tua opera in multis necessaria, quae sine detrimento rerum nostrarum diu carere non ualemus. Tuum super his consilium nobis per hunc nuncium nostrum, quē propterea misimus ad te, rescribito. Quod si petitionibus nostris consenseris (uti plenam de te confidentiam gerimus) significa

significa tēpus, & eundem tabellarium ad diem destinatū cum sumptibus pro uia necessariis remitemus ad te, nec irremuneratus recedes à nobis. Nec te lateat amator unice nouum præceptorē quem persuadēte admisi per omnia bene agere, estq; mihi spes non parua de maiore cum tēpore profectu. Signauius autem in schedula his introclusa quædam uolumina, quorum copiam non habemus, rogantes ut quàm primum poteris eorum nos lectione reficias. Scire etiā te uolumus, q̄ soror nostra domina Ursula contractum cum Duce Magnopolitano matrimonium in hoc carnis priuio solemnè celebratione nuptiarum hic in Ursulo consummabit. Iterum te rogamus ut in præmissis omnibus te nobis talem exhibeas, qualē in te cōfidentiā habemus, & semper habebis nos tibi gratificaturos in omnibus. Vale nostri memor & amās, & maneat inter nos amicitia dudum contracta inuiolabilis. Iterum uale semp̄q; ualeto. Ex oppido nostro Tangermunda circa Albi. Anno dominicæ natiuitatis millesimo quingentesimo sexto, die uero sancti Burchardi. Et manu nostra propria.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI ET DOMINO D. Ioachim Brandenburgensium Marchioni, &c. Ioannes Tritemius abbas sancti Iacobi in suburbio ciuitatis Herbipolensis, quondam uero Spanhemensis, felicitatem.



Nolumitati tuæ tuorumq; Serenissime pietissimèque princeps, iure uehementer congratulor, & plus quàm uel præsens dicere, uel scribere absens possim, prosperis rerum tuarū successibus letatus sum. Cōpansioni uero excellentiæ tuæ super incōmodis meis gratias ago habecōq; imortales,

sed & referam si qua oportunitate potero unquam. Spero autem quod inuidiam aemulorum consilio tandem sapientis euaserim auxiliante Deo. Notum itaque tuae serenitati facimus inuicissimè princeps, quod recedens à tua celsitudine ad Spanheim non fui reuersus, quoniam & si dux Cynonorum meum uideretur optare reditum ad monasterium, tamen quaedam sese interposuerunt ex parte infidelium monachorum meorum machinamenta, quibus in tantam fui prouocatus accediam, quod firma penes me conclusione statui, ad Spanheim deinceps minime reuertendum. Mansi ergo non sine consilio foris apud Srenissimum principem meum Philippum Comitem Palatinum, Bavariae ducem, ac principem electorem Budoris mensibus quatuor, quousque tandem reuerendissimus praesul Herbipolensis ad Abbatiam sancti Iacobi, quondam Scotorum in suburbio, uocari me fecit, elegit ac confirmauit, ad cuius possessionem intraui quintadecima diem mensis octobris anni praesentis. Locus quidem paruus, pauper & modicus est, sed proposito & studiis meis multum conueniens, ubi & mihi & literis ad placitum potero semper esse intentus. Abbatiam itaque Spanhemensem inutilibus plenam occupationibus uana cum ingratis monachis amore pacis & quietis dimisi, posteaquam illi praesueram in annum quartum atque uicesimum. Quod quidem factum non solum me non poenituit, sed usque adeo delectat, ut neque etiam cum omnimoda pace illic me uellem remansisse. Mortem Libanii praceptoris mei dulcissimi grauius ferrem, certo si scire esse defunctum. Spero enim per Dei misericordiam eum adhuc esse uiuentem, & sicuti mihi priore anno pollicitus fuit, ad me in breui esse uenturum. Misi ad eum in mense Augusto literas & tuae serenitatis & meas, quas an receperit adhuc sum incertus. Operam pro uiribus dabo, ut sciam ueritatem, & si quidem mortuus est, quod Deus omnipotens auertat,



rat, curabo ne penitus à nobis uideatur ablatus. Reliquit enī  
 preciosa ualde opuscula suo ingenio luculento cōposita, quō-  
 rum ad nos quanto poterimus plura cōtrahere, tanto minus  
 à nobis uidebitur decessisse. Ego autem ab eo die quo Marchi-  
 am tuam à celsitudine tua exiui, usq; in præsentem, nihil scri-  
 bere potui, propterea q̄ neq; locum potui habere quietū, nec  
 tempus oportunum. De laudibus uero sancti Ioseph nutritiī  
 Domini saluatoris quā primū inchoabo tractatum, & re-  
 liqua per ordinem in schedula signata manu celsitudinis tuæ,  
 quanto citius potero iuxta ingenii uires adere curabo. Interea  
 tua serenitas moram hanc patienter sufferat precor, quoniā  
 miserante domino Iesu, & uitam prolongante meam, omnia  
 cum tempore à me recipies consummata quæ flagitas. Ad il-  
 lud uero, q̄ tua celsitudo meum ad se in Marchiam denuo pe-  
 tit regressum ad festum dominicæ resurrectionis uel penteco-  
 stes, nihil certi rescribere possum, propterea q̄ resignata prio-  
 re abbatia & ista suscepta, iam me alterius dominio principis  
 subieci. Ego enim quantum in me est facile potero persuaderi,  
 sumq; & promptus & uoluntarius iustis desyderiis maiesta-  
 tis tuæ in omnibus pro uiribus obedire, sed duo sunt hac uice  
 quæ mei promptitudinem animi uidentur impedire. Primū,  
 q̄ in hac nouella abbatia tam cito tamq; remote abire, ac fo-  
 ris diu remanere sine principis mei reuerendissimi cōsensu nul-  
 latenus possum: & consensus quem prior dedit Palatinus ni-  
 hil hodie suffragetur, quoniam mutato principe necesse est &  
 priuilegium mutari. Aliud quod obstare uidetur quamuis non  
 magnifacio, me tamen aliquantulum contristauit, q̄ ex ordi-  
 ne meo patres quidam in me scandalizantur, q̄ curias sequar  
 principum, nescio quæ friuola & cōsista garrientes, quasi pro  
 rebus quibusdam prophanis decendis, & non pro Christianæ

religionis honore diuinarumq; scripturarum tradendā intel-  
 ligentia ad tuam celsitudinem fuerim antea profectus. Credu-  
 la in uicium turba suo contra innocentiam more bacchatur,  
 & quō naturalium rerum non habet in cognitione principia,  
 quicquid nō intelligit, malis operationibus adscribit. Nemo  
 capit ignarus, esse possibile quod miratur, & uim naturā meti-  
 tur unusquisq; pro sui capacitate intellectus, ac inde ut cæcus  
 omnino decipitur. Sed nihil eorū cauillationes aduertit con-  
 scia mens recti, deridens potius imperitorū ignauiam, qui bo-  
 num despiciunt quod ex ignauia nunquā didicerunt. Tua tm̄  
 serenitas domino meo reuerendissimo scribat episcopo, & si  
 ut ueniam consenserit ille, satis utriq; fuerit consultum. Quan-  
 quam mihi uideatur consultius, salua tuæ celsitudinis uolunta-  
 te multis respectibus, q̄ meus ad Marchiam introitus usq; in  
 annum millesimū quingentesimū differatur octauum, ne si tā  
 cito abiero, rursus aliquid in me lingua amulorū maledica le-  
 uitatis expuat. Promissum Regis Danorum dilatum intelle-  
 xi & doleo. Vereor autē q̄ parum cum Suedis prosperabitur,  
 & quāto magis cōterere illos tentauerit, tanto se amplius cui-  
 cerabit. Deus enim excelsus dominatur super regnum homi-  
 num, sicuti scriptura dicit, & cuiuscunq; uoluerit dat illud. Om-  
 nipotens Deus principatum tuū in omni bonitate confirma-  
 re ac facere gloriosum dignetur, præbens tibi omne desyderi-  
 um cordis tui, quod sine dubio facturus est, si corde perfecto in  
 mandatis eius cum sancto Dauid innocenter ambulaueris ut  
 cœpisti. Quōd nuncius tuæ serenitatis tardius reuertitur, cau-  
 sa est, quia opinione deceptus in Spanheim me requisit. Al-  
 tissimus maiestatem tuam conseruet incolumen, cui me hu-  
 milime recomendo. Ex monasterio meo præscripto Herbi-  
 poli 25. die mensis Nouembris. Anno Christi, M. D. VI.  
 Domina

## DOMINAE HELIZABETHAE DE

Longouico, honestissimæ dulcissimæq; matri, Io-  
 annes Tritemius filius, abbas S. Iacobi Her-  
 bipolensis, quondam uero Spanhem-  
 sis, cum omni honore & reue-  
 rentia, filialem in cunctis affe-  
 ctum curâ debita exhi-  
 bitione paratum.




Cio mater, nec enim dubitare possum, rebus no-  
 stris plus quàm ad anni spacium iam turbatis, te pro-  
 pretea non mediocriter perturbari. Nam etsi an-  
 nos euasimus pueriles, tu tamen quam diu supersunt filii, ma-  
 trem te non desinis exhibere fidelem. Misi ad te cum his lite-  
 ris magistrum Iacobum fratrem meum unicum, ut per filium  
 agnoscas omnia quæ filio contigerunt, & per alterius præsen-  
 tiam, leuius ferre absentiam alterius assuescas. Nullam te pro-  
 me uolo habere sollicitudinē, nec propterea credas miserū,  
 quia de Spanheim forte fama sparsit expulsus. Sed mihi cre-  
 de potius uerū scribenti, quoniam non ui, non metu, non coa-  
 ctus, sed spontanea uoluntate exiui, & matura deliberatione  
 præhabita foris manere decreui, abbatiâque resignaui, &  
 istam in qua modo cum pace uiuo assumpsi, propter cau-  
 sas multas & rationabiles ad hoc me inducentes, quarum  
 fr aliquas scire uoluēris, relatione fratris intelliges. Confido  
 autem in DOMINO IESU, qui nihil permittit sine cau-  
 sa, quòd mutatio ista mihi ad utriusque hominis salutem  
 proficiendi materiam dederit, quoniam à multis occupatio-  
 nibus inutilibus liberatus sum, & bonâ pacē cū tranquillitate  
 affectus. Quàm eū ingratissimè seruiērim hominibus hætenus in  
 Spanheim, me nemo melius nouit. Propter quòd nō cōtritor.

sed gaudeo potius datam mihi recedendi occasionem ab eis, quos deserere ante haec saepius cogitavi. Sed unū est quod mentem, ut opinor, tuam cruciare aliquantulum posse uideatur, quoniam deinceps uel rarius, uel nunquā uisura me si in hac carne uiuentem, propter maiorem distantia locorum in quibus uersamus abinuicem. Memento matrem te esse hominis necessario mortalis, à quo uelis nolis aliquādo separanda sis, etiam si multis tecum uixerit annis, uter uestrum prior mortuus fuerit. Quid enim in se continere poterit consolationis humanæ uisio breuissima carnis, quæ maiore cum amaritudine tandem necessario per mortem extinguitur, quàm prius dulcedine unquam possessa uideatur. Referamus ergo hæc uanitatis desideria nostra ad illam uisionē aeternæ beatitudinis, in qua perseverans & sine fine suauitas, quæ cum semel nobis illuxerit, nunquam in sempiternum extinguetur. Ad illam festinemus, o mater, ad cuius participationē sumus creati, quæ tunc sine dubio poterimus adsequi, cum die ac nocte in mandatis domini meditantes, ipsum dominum & deum nostrum Iesum Christum, pura mente, integro corde, & ardente in nobis aeternitatis desiderio semper amauerimus. Ad quid nobis carnali uisioni opus est, qui spirituale debemus inquirere? Ego me Deo seruiturum deuoui, non licet mihi parentū deinceps solatio delectari. Omnia pro Christi amore contempsi, & ceppi iam esse ut Melchisedeck, sine patre, sine matre, & sine genealogia: solum Deum patrem agnosco, & matrem non habeo nisi Ecclesiam. Nec meus iam sum amplius, nec tuus sum filius, quoniam Deo solenniter oblatus, eiusq; ministerio perpetuo inscriptus, & ideo tua mihi sollicitudine non est opus. Quod tuum est cura, omnipotens deus quod suum est sine dubio curabit, sibiq; spontanea uoluntate oblatum non despiciet.

spiciet. Gratias tibi ago, quia tuus cum essem, pia me sollicitudine nutruisti: at nunc postea quam Dei me seruicio obtuli, ipse me enutriet qui creauit, nec tua indiget cura, nec quod suū est tibi amplius cōmendabit. Sis ergo mente tranquilla, & nullam pro me geras sollicitudinē, quoniā ita rebus meis prouidit altissimus, ut hic in Herbipoli multo sim & melius, & libentius quā in Spanheim fuerim unquā. Deus enim qui omnia bene ordinauit, eam mihi gratiam misericorditer cōtulit, ut multorū fauore principū si uoluissē mihi satis extitisset prouisum, ita ut parentū non sit opus implorare suffragia. Deum posui adiutorē meum, & propterea mūdus mihi patria est omnis, in quocumq; pertransibo aduersa. Ita nobis uiuēdum est mater, ut æterna dei uisione post mortē perfruamur in cœlis. Vale & deū ora pro me: nec aliter memorē te mei esse uolo, quoniā & ego nullam tui memoriā nisi in orationibus meis habere cōsueui. Iterum uale: Ex monasterio meo Herbipoli, octaua die mensis Nouembris, anno Christianorum 1506.

## IOANNES TRIT. ABBAS SANCTI

Iacobi Herbipolensis, Rogerio Sycambro Dumentensi canonico, salutem & sinceram in Domino charitatem.

 Vōd paci & trāquillitati nostræ congratularis, bene facis, & quod uerū decet amicum, nec tuis erga nos uotis & studiis sumus ingrati, sicuti nec esse debem⁹. Magna est enim dudum cōtracta inter nos amicitia & magna potest, quia non cœpit ex uanitate tēporalium rerū, caducisq; mundi cōsolationibus exordiū, sed tota constat ex Christi amore fortis & sacrarum studio scripturarū. Et hæc nostræ summa philosophiæ, qui & Christiani sumus, & Deo mancipati claustrales, DOMINVM IESVM, qui cum Patre &

sancto spiritu Deus est unus in trinitate personarum, puro semper affectu diligere, contemptisq; uanitatibus mundi omnibus mentem in diuinis scripturis cum sobrietate iugiter occupare. Hæc enim uera claustralium amicitia est, quam diuinus inter fratres connectit amor, principiumq; Deum habens & finem, & spreto uanitatis consortio, solitaria cum socio uoti uia mandatorum Dei sine offensione perambulat. Dicit enim propheta Hieremias: Bonum est uiro cum portauerit iugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius, quia leuabit se super se. Nerus enim amicitie claustralium, est pro Christo amore solitudinem diligere, & confabulationes hominum carnaliter sapientiam omni tempore declinare. Sola est amicitia claustralium firma, quam paritas uotorum in amore cœlestis sapientie sine respectu terrenæ utilitatis copulauit. Non est hic opus muneribus caducis, non auro, non argento, quia ad ueram amicitiam hoc solum requiritur, ut Deus ab utroq; pure diligatur. Amor uero ex cognitione oritur, cognitio autem ex continuo scripturarum studio generatur, & studium optata solitudine pascitur, sicut Prosper sanctus episcopus dixit:

- 33 Scrutari legem possunt utcunque quieti,  
 33 Si mundi à strepitu libera corda uacent. Iterumq; ait:  
 33 Tranquillam & uacuam curis sapientia mentem  
 32 Imbuit, & placidi pectoris hospes erit.

Corpore quidem solitarius es, in nemore cum paucis fratribus eiusdem propositi sub iugi silentio habitas, sacro ferues studio scripturarum, si cordis intima non penetrauerint inuisibiles mundi strepitus, ad cognitionem summi boni quod est Deus, iam facilem parasti uiam. Mens quoq; restringenda est, neurbationibus agitetur forinsecus concitati furoris, neue passionibus tangatur animalibus, sed placida sit atq; tranquilla, ad diuinum

diuinum semper pauida sermonem, quia scriptum est. Beatus homo qui semper est pavidus, qui autem mentis est duræ, corruet in malum. Et Dominus per Esaiam prophetam dicit: Ad quem respiciam nisi ad pauperculum, contritum corde, & trementem sermones meos? Nam quia studio ferues scientiæ salutaris, ut ueram sapientiam quæ desursum est intelligas, mentem ab omni terrenarum uoluptatum inquinamento in primis purifica, ac deinde studio scripturarum utiliter exercitabis intellectum. Quanto enim fueris purior affectu, tanto proficies amplius intellectu: & quanto magis cognitione profeceris, tanto Deum feruentius amabis. Et quanto ardentius Dominum Deum tuum amaueris, tanto ueræ sapientiæ plus appropinquabis. Quid enim aliud est post resolutionem corporis nostri mentis illa felicitatis æternæ fruitio, quàm indeficiens quoddam spiritus tripudium, quod cognitione simul & amore incommutabilis boni constans gratia Dei cooperante in hac mortali uita per sancta studia ex nostra uoluntate libera sumpsit exordium. Non te Rogeri magnifacio Poëtam, nec Rethorem miror, neque mundialis sapientiæ amatorem collaudo, sed quod sacræ sis amator Theosophiæ, puraque

*Proverb. 25.  
Capite, 66*

DEVM mente colas, & sæculi habearis contemptor, hoc est quod ueneror & laudo in te, simul & amo uehementer, quosolo in amicitiam te admisi, & in corde meo uerum inscripti amicum, sine quo nulla est inter claustrales amicitia firma. Ita pergamus uelim Rogeri, sola CHRISTI IESU dilectione constantes amici, ut diuinarum scripturarum lectionibus iugiter purificatis cordibus cum sobrietate dediti, per sacri continuationem studii ad incommutabilis boni cognitionem pertingamus, ipsūque fide cognitum incomprehensibile Deum, tota mentis intentione semper amemus, pro

*Vera amicitia unde proficitur*

eius dilectione cuncta huius mundi continententes prospera, & nulla formidantes aduersa. Dominus enim Iesus sapientia Dei Patris nostra est philosophia, & uera claustraliu amicicia glutinu, sine quo nullu debebis habere amicu. Hunc quatu per studiu sacrae scripturae, & spiritualis exercitiu copunctionis ampliori affectu cognoueris, tato feruentius amabis, quonia sicuti nemo bonu diligit incognitu, ita quisquis summum illud incommutabile bonum per fidem formatae credulitatis studio sancti feruoris agnouerit, nihil praeter ipsum solu amabit. Gratias tibi ago Sycamber, qd mei memor Deo Patri sacrificans oras pro nobis. Amor Christi qui te nobis fecit amicum, semper in corde tuo ardeat cum dulcedine spirituali. Vale sanus & incolumis Nestoros in annos. Ex Herbipoli decima octaua die mensis Nouembris, Anno Christianorum 1506.

## REVERENDO IN CHRISTO PATRI

Domino Ioanni Tritemio abbati S. Iacobi Herbipolensi praepetori & amico colendissimo, Rogerius Sycamber canonicus claustralis in Hegen. S.



Pistolam tuam doctissime Tritemi, ad Christi amorem me cohortante, cum ingenti reuerentia & gaudio suscepi. Utinam crebro mihi talia mittas exhortamenta, quibus semper in Dei amore possim proficere, & melior me ipso fieri. Dulces enim mihi sunt literae tuae ac melle suauiores, nec eas toties legere possum, quin magis placeant relectae. Congaudeo autem tibi uehementer, qd locum a curis reru saecularium quietu, tuisq; studiis aptu inuenisti, sperans qd iam posthac multa sis lucubraturus ad utilitatee communu in ocio & quiete monastica, quae prius in Spanheim propter multi-

ces cu-



ces curas tam monasterii priuatas, quam ordinis tui publicas, intermittere cogebaris. Valde autem metuebā, posteaquam ad monasterium tuum Spanhemense redire noluisti, ne ad curias te Principum cōferres, cum sint multi, ut audiui, qui te habere secum exoptent. Monachis autem tuis in Spanheim quis uir bonus non irascatur, exprobrat ac maledicat rectissime qui ex inuidia & malignitate sua te uirum omniū mitissimum, optimum atq; doctissimū, Regibus & principibus charum, & cum sanctis uiris bonis eruditissq; reuerendum, qualem trecentis ab annis ordo sancti Benedicti habuit neminem, tam iniuriose confundere, & ad indignationem prouocare nō timuerunt. Ego non cæcus explorator claustralium, cum ante decennium consensu & uoluntate superiorum meorum, ad instantiam paternitatis tuæ sex mensiū spacio, ut scis, tecū uersarer in Spanheim tuo monasterio, tibiq; postulanti duo uolumina rescriberem mearum lucubrationum manu mea propria, mores & inclinationes monachorum tuorum bene cum diligentia notauī, eosq; ferme omnes (præter Henricum de Colonia, & Ioannem Damium, quorum nunc alter mortuus est, alter in No uocastro monialium præpositus) osos & contemptores omnium bonarum artium repperi, & tuorum detractores utilium studiorum. Mirabar ego in uictu & amictu parsimoniā tuam: & iugem regularis disciplinæ obseruantiam cum studio scripturarum continuo, mihi in exemplū spiritualis adificationis assumpsi, nec obliuiscar quo ad uiuero, sed tuus esse pro uiribus imitator curabo. Audiui etiam à multis, q̄ armulus ille tuus Dux Ioannes non diligit uiros doctos, nec aliquem in sua curia habeat studiosis & eruditis bene fauentem. Quod ex eo uerum credo, quoniam cum me tecum in Spanheim eodem

tempore existente, pro qua nescio causa summo pontifici Romano, ac cœtui Cardinalium necessario esset scripturus, nemi-  
nem in uniuerso ducatu suo tantæ eruditionis inuenire potu-  
it, qui latine scribere potuisset. Postremo, si recte memini, ad  
te mittere cancellarium suum & rogare, ut Papæ & Cardinali-  
bus latine scriberes, compulsus est. Vnde uehementer gau-  
deo & lator, quòd locum tuis aptum studiis inuenisti, ubi sint  
plures qui tuis lucubrationibus & eruditione lucidissima dele-  
ctentur. Certe non est mihi dubium de monachis tuis in Span-  
heim, qui te nunquam fuerunt digni, quoniam Deo iusto uin-  
dicante iudice, ultionem temeritatis suæ in breui temporis  
mora recipient. Vnum est quod me tristitia afficit in hac tua  
mutatione, quoniam propter maiorem locorum distantiam  
literas tam crebro recipere tuas deinceps nequeo. Veldicus  
noster in Dyrnstein amantissimus tui, multum gauisus est au-  
dito, quòd te in pace monastica confirmasti: timebat enim,  
sicut & ego, quòd principum curiis hærens quietem uitæ clau-  
stralium subterfugeres. Perit autem maxime, ut aliquid ope-  
rum eius castigatum prius abs te per impressores facias prodi-  
re in lucem pro communi utilitate legentium. Spero etiam  
quòd aliquando & meorum opusculorum uel unum saltem  
facies imprimi per chalcographos qui plures in uicina tibi  
sunt Nurenberga. Si uotis meis benigno fauore uolueris oc-  
currere, curabo in breui, ut duo uel tria operum meorum mit-  
tam ad te. Scripsi nuper quoddam prognosticon, iocis & face-  
tiis plenum, quod multis placet, sed quoniam tua censoria se-  
ueritas iocos aspernatur uniuersos, non integrum iudicauit ea  
mittere ad te, qui maturitate uitæ atque uerborum nimium  
esse nugis formidabilis soles. Scripsi etiam ad Iodocum Ru-  
beacen-

beacensem theologum tui amantissimum in ecclesia Neome-  
tensi, integerrimum uerbi diuini præconem, opusculum unū  
carminum familiarium, quod imprimendum ambo roga-  
mus. Quatuor lucubrationum mearum ut nosti uolumina  
scripsi, in quorum quolibet quatuor & triginta continentur  
opuscula, quæ si dare imprimenda chalcographis iubes, om-  
nia mittam ad te, cum mihi certum destinaueris nuncium qui  
perferat. Ioannes noster Canter, medicus Frisus, communis  
amicus, carnis debitum soluit, cuius memor esto ad Deum.  
Vale & ora pro me. Ex Hegen prima die mensis Decembris  
Anno Christianorum M. D. VI.

*Iodocum Rā  
be accusis-*

## IOANNES TRITEMIVS ABBAS S:

Iacobi Herbipolensis quondam uero Spanhe-  
mensis, Rogerio Sycambro amico  
suo constantissimo Salutem.



**E** mihi congaudere, si gaudeam ipse, non dubito.  
Sin autem ipse non gaudeo, nec tu quidem non  
gaudenti mihi recte congaudebis. Gaudeo uero  
quod in diem æmulorum superauī, & confortium ingratissi-  
morum monachorum meorum tandem, auxiliante Domino  
**I E S U C H R I S T O**, euasi, quorum contrarios meo pro-  
posito mores annis uiginti tribus non sine amaritudine porta-  
re coactus fui. Euaſi miſeros, ingratos, ſtultiſſimosq; homines.  
& ueni ad locum ſatis, ut ſpero, quietum, in quo & ſaluti pro-  
pria operam dare poſſum, & ſtudia ſancta continuare ſcriptu-  
rarū. Doſeō autē q̄ bonos & innocentes p̄pter maliciā perfido-  
rū deſerere oportuit; quanq̄ & ipſi cū tēpore ſatis tute alibi ſibi  
ualeant prouidere, ſi prauorū cōſortio grauant̄. Metucas ne  
cuius me principum ingererē, propterea quod multi eſſent,

qui meo delectarentur obsequio. Non hoc solus timuisti. Ego autem in omnibus aduersitatibus meis hoc, miserante Deo, in corde meo statui, uiam Domini nequaquam deferere, sed religionis sacrae propositum usque ad mortem inuiolabiliter obseruare. Vnde, quod tibi in aure citra iactantiam sciditum, quanto in me amplius æmuli sæuiebant, tanto magis Dei gratiam sensi adesse præsentem, qua factum est, ut cū auxilio multorum nobilium & principum iniurias mihi factas satis digne uindicare potuissem, omnem penitus neglexerim ultionem. Iniuste, n. contra me linguas suas cōsuetudine mentendi deprauatas mouerunt, talia confingentes, quæ à nobis cogitata nunquam fuerunt. Re autem uera, totius persecutionis in nos causa principalis fuit, quòd serenissimo Principi Palatino bene fauentes, singulari ab eo clemētia fouebamur. Satis enim manifeste pluribus cōstat, Ducem Cynonorum cum suis, rebus non fauere Palatinis, quod eo tempore luce clarius patuit, quo in bello transacto prouincialis Hassonum Comes præda & incendio Nagaium deuastrauit. In odium ergo Palatini me persecuti sunt non solum Cynonoti, sed etiam quidā ex nostris, sicuti abbates, montis sancti Iacobi Moguntinus, & montis sancti Ioannis Rinaugiensis, qui unā cum monachis suis à multis retro semper annis mansuetissimum principem laceffere maledictis, cum nihil eis nocuerit, non cessarunt. Mihi quoque & nomen inter studiosos, & famam semper inuidebant bonam, animo ferentes iniquissimo, quoties ab aliquo Principum fuisset honoratus. Cum anno tertio & quingentesimo supra millesimum principes Imperii electores apud Francfordiam in mense Octobri cōuenissent pro certis regni negociis, contigit & me uocatum adesse in curia Serenissimi

Conuentus  
principū ha-  
bitus Anno  
Domini 1503.

Serenissimi principis Ioachimi Brandenburgensium Marchionis. Aderat Raymūdus Cardinalis sanctæ Mariæ nouæ, præbiter apostolicæ sedis de lateranensi Legatus, & Hermānus Colonienſis, Bertholdus Moguntinēſis, & Iacobus Treuerēſis Archiepiſcopi. Commēſalis erā ipſius Marchionis Ioachim continuus, à Cardinale quater, & bis ab archiepiſcopo Colonienſi uocatus ad menſam, argēteiq; uas in reſſu meo pulcherrimis donatus per eos, & in multa familiaritate habitus. Audientes hæc præfati abbates & monachi, diſſecabant cordibus ſuis præ inuidia, & cum nihil aliud potuiſſent, maledictis me perſe qui cœperunt, fulminātes, quæ minime decebant clauſtrales. Omnipotens indulgeat eis, quoniam eorū inuidia totius mali quod paſſus ſum occaſionem dedit. Niſi enim temerariis fauſſent auſibus, nunq̄ fratres mei cōtra me in apertū cornua ſumpſiſſent. Sed uadant hæc in obliuionē ſempiternā, & reddat nobis in futura retributione iuſtorū patiētiae fruſtū, qui uirtutē tolerātiae dedit. Si quid habet Veldicus noſter operū ſuorū quod imprimi uelit, emundatū mittat ad nos, & operā dabimus ut quātotius imprimatur. De tuis quoq; opusculis mitte quicquid uolueris imprimendum, & diligentia noſtrā cōperies. Multa Rogeri paucis annis ſcripſiſti opuscula die noctūq; nihilominus onera cōportans canonicæ religionis, de quo plures ſane mirantur. Laudo & commendo tuorū ſedulitate ſtudioſū, colaudarē amplius ſi omiſſis ſæcularibus ad ſpiritualia te conferres. Centū ferme iam & quadraginta lucubrasti opuscula, inter quæ ſunt pauciſſima (neſcio tamen ſi ſint aliqua) quorū leſtio, uel ædificet ad fidē, uel mentē promoueat in ſpiritualis exercitiū deuotionē. Oro te mi Rogeri trāſſer ſcribēdi propoſitū, & q̄ haſtenus multa ſcripſiſti filiis mūdi, deinceps iā aliquid ædificatoſioribus Dei. Non ſemper decent pueroſū carmina uirum,

studia aetati comparanda sunt, & iuxta factum sancti Christophli, urum euacuare oportet ea quæ uidentur paruulorum. Ingenio uales simul & facilitate scribendi, non satis est nisi talia scribas, quæ uel ad cognitionem, uel ad amorem summi boni, quod Deus est proficiant lectoribus, tibiq; mercedem parent in futuro. Vale Deum orans pro nobis. Ex Herbipoli 18. diē mensis Decembris. Anno Christianorum 1506.

IOANNES TRIT. ABBAS SANCTI  
Iacobi Herbipolensis, Iohanni Damio Curtenfio confes-  
sori sancti montialium in Nouocastro prope  
Heidelbergam Salutem.



X literis tuis frater charissime iam factus sum certior, & forma electionis quæ fuerit, & quis in locum mei abbas Spanhemensis cœnobii sit electus. Nonne dudum prædixi Melantiam priorem anhelare ad abbatiam, & propterea studiose omnes excogitasse modos & uias, quibus inducerer, aut saltem prouocarer ego ad resignationē. Quod ambiciose concupiuit adeptus est, uiderit ipse quibus mediis, quoniam iustus est Dominus Deus, qui humilibus dat gratiam, & superbis tumidisq; resistere consueuit. Imputandum est uisitoribus stultis & inexpertis, qui negocium electionis arduum male ordinarunt. Et ut agnoscas quæ mihi perperam gesta in electione huiusmodi uideantur, ex tuis quæ notauimus literis per ordinem replicabimus. Et primo quidem posteris malum uisitatores reliquere uestigium, quo sæculares pro consilio in tempore electionis ad monasterium uocauerunt cum tanto apparatus in malum exemplum, quod nec antea est factum, nec ut fieret iam fuit necessarium, nisi forsitan in consilio trium fabricum schismatis metuissent ebullitionē. Deinde cum scire ma-  
nifeste

manifeste potuissent, nullum ea uice inter fratres in electione tunc presentes, ad curam pastoralis sollicitudinis extitisse idoneum, quare diem electionis non prorogarunt, donec adesse compellerentur absentes? Aut si omnino complacere Principi Cynonotorum uolebant, ut quantotius instituerent abbatem, quare non elegerunt quempiam undecunque idoneum? Quinque in electione monachi conuentuales duntaxat affuerunt, cæteris, & te quidem similiter ex indignatione factorum absentibus, factaque inter se conspiratione iurauerunt, nullum se recepturos in abbatem, nisi in eorum numero quinario contentum. Hac per uisitatores conspiratione admissa, dubium esse non potuit, præter Melantium neminem futurum abbatem. Qualis est ista monachorum electio, in qua spiritui sancto uia præcluditur, & omnium uicta elegantium contra normam æquitatis malitiose restringuntur? Tali modo in abbatem electus est prior, qui nihil unquam libentius quam nostram cessionem audiuit, dolo & fraudulencia plenus, quem contra intentionem sanctissimi patris nostri Benedicti non dubitamus ordinatū. Viciis enim suis consentientem elegerunt abbatem, desidem, pigrum, accidiosum, & nullum pro regulari disciplina zelum habentem, nisi iam deinceps forsitan Dei miseratione ad meliora consurgat, quod ut fiat, continuis Deum precibus orare non desistemus. Nam ut uerum fateamur, non odimus hominē quāuis multa mala susceperimus ab eo, sed eius uicia merito satis detestamur, quæ nisi emēdauerit, pastor inutilis erit. Hominē nesci, propter ea nō est opus ut multa de illo scribamus. Quare nobis diē electionis nō significauerunt in tēpore, ut pro directione & cōsilio fuissetus etiā presentes: Si quis homo scire mores hominū potest, nullus monachorum Spāhemē, nobis fuit ignotus. Sciēs autē

prior Melantius quanta in nos cōmiserit mala, præsentiā nostram horruit, metuens abbatia se non posse cōsequi, si nostrō fuisset consilio electio celebrata. Ergo uisitoribus assignetur si quod malum hanc electionē fuerit subsecutum, qui nos aduocare cum debuissent neglexerunt. Reecessisse illos cū indignatione scribis peracta iam electione à monasterio, propterea q̄ fratrum cōspiratione præuerti, conuenientē loco instituire abbatē nequiuertunt. Non miramur q̄ fratrum sunt fraude ac machinatione præuerti, cum ambo satis earum actionum, quas præsumpserant penitus sint inexperti. Alter enim Selgenstatensis abbas domi consistere assuetus, nunq̄ in causis ordinis publicis fuit cōuersatus. Alter uero montis episcopi abbas quid est nisi uter sine intellectu, comestationibus & poculis inflatus: qui stulta & imperita blatteratione quicquid aggreditur cōfundere & inuertere cōsuevit. Sed ea quæ facta sunt retractare non ualentes, silentio transeamus. Potens enim est Dominus Deus per misericordiā subleuare iacentē, ut electus ipse, de quo iam nullus uidetur esse contentus, gratia in eo proficiente diuina, melior fiat multo q̄ aliquis poterat æstimare. Nec nostra deerit exhortatio, sed quàm primū nobis certi fuerit copia nunciū, ipsum literis nostris pro Christi amore prouocare ad meliora curabimus. Vale. Ex Herbipoli decima quarta die mensis Ianuarii, Anno Christianorum M. D. VII.

IOACHIM DEI GRATIA MARCHIO

Brandenburgensis princeps elector Ioan. Trit.  
ab. S. Jacobi Herbipolen. Salutem.



Euerēde pater amantissimēq̄ præceptor, gratiosō tibi cōgratulamur affectu de noua quā nup̄ accepisti abbatia, in qua uti speramus quietem habebis maiorem q̄ in Spanheim te habuisse constat, Deo cunctipotenti deuote



deuote humiliterq; supplicantes, ut paternitatē tuam in eadē  
pro sua sanctissima uoluntate, non secus quā tibi ex animo  
faueamus, sanum felicemq; diu conferuet & incolumem. Scire  
uehementer cupimus quid factum sit de præceptore tuo Liba-  
nio, utrum adhuc uiuat, aut rebus excefferit humanis. Quod  
si mortuus, paternitatem tuam attente rogamus, ut pro libro  
rum eius acquisitione nondormiat. Scis enī quā nobis sint  
utiles & necessarii. In ultimis tuis ad nos literis promisisti, te  
quanto posses citius perfecturum ea quæ postulauimus æden-  
da per te, rogamus ut more tuo diligentiam adhibeas, moxq;  
ut consignata perfeceris, conducto fideli nuncio pro nostro sa-  
lario nobis mittere quantotius non pigriteris. Mittimus tibi  
ō decus nostrum tonnam unam falsatorum luciorum, & duas  
allicium, quæ ut grato suscipias animo, non pro munere sed  
pro nostri memoria rogamus. Sturionis autē & efocis copiam  
hac uice habere nequiuimus, aliās etiam tibi libentissime ea  
misiſſemus. Quicquid enim boni paternitati tuæ impendere  
poterimus, singulari fauore parati sumus: quod ut faciamus,  
tua fidelitas, diligentia, & munificentia nobis exhibitæ copio-  
se promerentur. Nam merito ingratitudinis argueremur ui-  
tio, si tuorum erga nos benefactorum obliuisci uideremur. Fer-  
uentissimo autē defydērio tuum ad nos reditum circa festum  
Pentecostes, aut si fieri posset citius exoptamus, quod ut sine  
tuo fiat incommodo diligenter curabimus. Habemus enim  
multa cum tua paternitate conferenda, quæ literis commen-  
dare non possumus. Ut autem pro hoc ipso negotio conueni-  
entem ad dominum tuum Episcopum nostrumq; amicū ha-  
beas accessum, cum sine illius cōsensu uenire nequeas, tibi no-  
stras ad illum literas mittimus, in quibus ut nobis pro tuo ad  
nos reditu cōsentiat diligentius oramus, nullatenus dubitan-

tes, quin tua paternitas pro impetratione huius negotii diligentissime nobis apud eundem amicum nostrum cooperabitur. Quicquid impetraueris tandem nobis per nuncium expensis nostris conducendum rescribere uelis, & habebis nos tibi ad uotum gratificaturos in omnibus. Valere tuam paternitatem quam felicissime optamus. Ex Ursulo nostro in die sancti Anthonii abbatis manu nostra propria. Anno domini cæ incarnationis millesimo quingentesimo septimo.

Ad has literas in diebus paschalibus primum respondi, quoniam non per certum nuncium, sed per casualem uectorem, qui pisces nobis ab ipso principe donatos adduxit sexta die mensis Martii, quæ fuit sabbathū post Reminiscere in qua dragesima mihi præsentatæ sunt.

IOAN. TRITE. AB. S. IACOBI HER-  
bipolensis, opt. fratri Nicolao Basellio monacho Hirsz  
augiensi, suo quondam auditori atq; discipulo S.

**A**Egritudini tuæ compatior, & dei summi clementiâ oro, ut pristinae te quantotius restituat sanitati. Et mihi quidem sicuti scribis uastitas & solitudo, iuxta uaticinium Esaie prophetae occurrerunt non sine cõtritione magna, quoniam bello multorum sauiente in Principem meum Serenissimum Palatinum, omnes pene cortes monasterii tunc mei Spanhemensis, aut incēdio aut uastatione hostili perierunt. Bello tandem imperio Regis Romanorū sedato, quidam ex Cynonotis principi Palatino nō satis prospera fauentes, contra me in eius odium surrexerunt, mihiq; in occulto æ mulos suscitantes, Ducem Ioannem reddiderunt infensum. Quæ post hæc super me secuta sint mala, cum esses mecum in

finc

ſine menſis Iunii Neometi anno quinto ſupra quingentefimū atq; milleſimum, plenius audiuiſti. Poſtea uero cum tempore d' d'ici quod prius ignorabam, quoniam omnia quæcunq; aduerſum me tentauerunt æmuli, ad inſtantiam quorundam fratrum meorum ſimul & abbatis Moguntini hoſtis omnium ſtudioſorum hominū præſumpſerunt. Enim uero niſi me abſente, nihilq; tale ſuſpicante manutenuiſſet improbos, nunquam in me talia cōmiſiſſent. Non mireris Baſelli, nec temere factum arbitreris, q̄ abbatiā dimiſerim Spanhemensem in iuria prouocatus æmulorum, in qua per annos tres & uiginti quantas inutiles occupationes meo propoſito aduerſas habuerim, quantasq; miſerias & afflictiones improborum pene continuo ſuſtinuerim, nec ego dicere poſſum, nec tu facile crediturus es. Quamuis non penitus omnium ſis ignarus, ut pote qui anno mecum integro conuerſatus, mores & ſtudia ſingulorū examuſſim perpendiſti, & oſores bonarum literarum apud nos plures inueniſti. Quid faceremus diutius cum monachis ingratīs, quibus perſuadere nunquam potuimus, ut mores ad regulæ puritatem corrigerent, & ſacro ſtudio ſcripturarum, quod monachos maxime decorat, inſiſterēt, ſed uanitatibus ſemper inhiantes ſalutis monita ſpreuerunt. Poſtremo in reprobiū ſenſum conuerſi grauem ſed occultam in nos conſpirationē ordinarunt, talia per iniquitatis ſatellites præſumentes, quæ nobis ad contumeliā iniuſſime facta uiderent. Dimiſimus illos opportunitate accepta, neq; em̄ nos pœnitet, locū aſſecuti eſſi pauperē, quietū tñ & noſtris ſtudiis nō mediocriter conuenientem, in quo & nobis & lectioni utiliter uacare poterimus ſcripturæ. Qui ſint capita factiōis in nos cū uelis ſcire, ad memoriā reuoca q̄ olim audieris i Spanheim, & bones q̄ facile à cōſortio malorū ſecernes. Bñdixtus dñs deus omnipotens.

qui me liberauit de medio Babylonis, & de profundo inutilium occupationum eripuit animam meam, ut deinceps ambularem coram eo in pace & tranquillitate mentis, quod semper quidem optaueram in toto corde meo. De Chronica monasterii tui Hirsaugiensis, scire te uolo Irbusine charis, quod imperfectam reliqui unam cum libris & comportatis omnibus in monasterio Spanhemensi, ubi quicquid uestri iuris est quaerite, & pro eius commutatione ut uoueritis cogitate. Prior enim conuentio nihil amplius ad me pertinet, quia cum abbacia omnibus ad eam pertinentibus renunciaui. Ero nihilominus paratus facere pro honore monasterii tui quod poterit, si tuus uoluerit abbas. Vale nostri memor in orationibus tuis ad Deum Ex Herbipoli 14. die mensis Martii Anno Christianorum M. D. VII.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO patri Iohanni Tritemio abbati Herbi. doctis. praecceptoris suo Ioanes Centurianus de Clusardia pastor ecclesiae in Trittenheim Salutem.

**D**ici potest minime, nec facile quidem crederet quamquam, praecceptorum omnium doctissime, quantum fuerim laticia & exultatione perfusus, quando magister Iacobus Tritemius tuae paternitatis reuerendissimae frater literas nobis attulit tuas, quibus te non solum uiuere, sed & feliciter uiuere intelleximus. Ago quam humilime possunt Deo gratias omnipotenti, cuius misericordia te cunctis fecit aemulis tuis fortior, ut qui te laedendum putabant, grauitate semetipsum & laeserint & confuderint, aeternoque dignos se constituerint opprobrio. Nomen tuum celebre famamque sanctissimae opinionis in toto Christianorum orbe perfidissimae nebulones se posse arbitrabantur extinguerent, sed confido in illum qui no-

qui nouit uniuersa, quoniã nõ solũ nihil tibi nocebit inuidorũ  
 iniusta persecutio, sed propter eã trãstus ad Frãciam, clarior  
 multo in breui q̃ fueris antea resp̃ledebis. Omnĩũ malorũ quæ  
 perpeffus fuisti maiorẽ occasionẽ nemo dedit q̃ monachi tui,  
 simul & duo illi abbates perfidissimi Moguntinus & Rincauen-  
 sis, qui ut ueridica relatiõe audiui, Cancellariũ & ministeriales  
 Ducis Ioannis in odium tui prouocarũt. Monachi enim tui te  
 in Marchia existẽte sine intermissione hinc inde currebant ad  
 Mogunciam & ad ipsum Ducem in Fortiburgio iuxta Mosel-  
 lam cõtinue resedentem, & quoscuq; potuerunt aduersum te  
 prouocare conabantur. Credidit facile inuidorum d. Iationi-  
 bus Cancellarius ducis indoctus, tibi antea non bene fauorabi-  
 lis, utpote qui tuã eruditionẽ & sapientiã diu habuit suspectam,  
 semper metuens (ut publice iam fertur) ne sibi in consiliarium  
 te dux ipse assumeret. Volens ergo ducis prauenire cõsilium,  
 omne quod fingebatur de te malum credulo nimis illi persua-  
 sit. Sed omnipotentis Dei iusticia omnia successiue deducet in  
 lucem, & certe iam actu palãm fieri cõepit, q̃ iniquissime tecum  
 sit actũ. Temeraria multa in te fulminabant æmuli tui cum in  
 Marchia esses constitutus, sanctitatis tuæ splendidissimã famã  
 denigrare cupiẽtes, & quædã horrẽda in uulgo sparserũt men-  
 dacia, pro quibus nunc in cõspectu omnĩũ hominum cõfun-  
 dantur. Quãuis enim omnes te sciremus esse cum principe Se-  
 renissimo Ioachim in Marchia, nihilominus quidam sacraris-  
 simi nominis tui pestilentes & inuidiosos dicebant: ubi puta-  
 ris esse Tritemium abbatem? Cum Marchione Brandenbur-  
 gensis? Non est, inquiunt, cum illo, sed desperatus abiit Romã,  
 deinceps nunquã reuersurus. A lii dicere audebant, quoniã ni-  
 mia desolatione animi tãtus proprio se laqueo suspēdit. Rur-  
 sus alii perpetuis mancipatũ uinculis confingunt. Multi quocq;

hostium tuorum dictis fidem adhibentes te perisse credebant, dicentes. Hei lumen illud splendidum, quod illuminare totū orbem sua eruditione consuevit, quomodo tenebrarum est cae lignae obfuscatum? Quis abbatem Tritemium in toto pene orbe Christiano fama eruditionis & sanctitatis gloriosum in tantam animi deiectionē credidisset uenturum, ut patriā & amicos tam inconsulte desereret? Ego autē qui doctrinam tuā, prudentiā quoq; & uitae sanctimoniam per optime nouerā, his impiorum blasphemis & maledictis semper pro uiribus restiti, & quā temeratā sanctissimo nomini tuo fecissent iniuriā multis palam argumentis demonstraui. Biennio enim sub tuo magisterio pro discendis Græcis Hebraicisq; literis salutariq; scientia scripturarum haurienda in tuo monasterio conuersatus, nihil unq; uidere potui, nihil laudire de te, quā sanctum, integrum, & religiosum: sed in tanta te uidimus puritate conuersantē omni tēpore, ut satis mirarēmur. Cæteris dormientibus tu in sancto scripturarum studio uigilabas, semper aut legens, aut scribens aliquid pro cōmuni utilitate multorum. Nemo te unquam reperit otiosum, nemo comessationibus aut potationibus uacantem audiuit: nemo risu aut leuitate aliqua uidit dissolutum, cum mulieribus loquētem aut conuersantem, unde mali posset oriri suspicio, nemo te unquā inuenit. O mi dulcissime præceptor Tritemi gratiosē pater, quoties ad me moriam reduco sanctissimum docēdi modum, quo me simul & fratrem tuum magistrum Iacobum Tritemiū docere & exhortari ad scientiam diuinarum scripturarum consueuisti, lachrymas præ mœrore nequeo continere. Tam enim profunda, tam mystica, tamq; ardentia de scripturis sanctis uerba nobis eruātare solebas, ut ferrea pectora in Dei cōmouere amorē potuissent. Vnde non satis possum admirari, quo tandē Dei iudicio

iudicio permittente tam indigna de te confingere poterint: æmuli, cum nulli unquam fueris molestus, neminem laeseris, neminem iniuriose offenderis, sed cunctis te potius pium ostēderis atq; munificū, omne solatium tuum sine cuiusquam iniuria requirens semper in solo studio scripturarum. Sed firma confidentia existimo, q̄ omnipotēs alibi te prouida uoluerit dispositione locari, ut de medio nationis prauæ tandem ereptus, reliquum uitæ tuæ cum pace & tranquillitate sancto perseueres in studio ad multorum utilitatem communē. Nunquam fuerunt tua prælatione digni monachi Spanhemenses, sed neque dux ipse Ioannes talem in suo dominio uirum ut tu es optime Tritemi habere merebatur. Oportuit ergo te per tribulationē exire de medio prauorum, quemadmodum olim filii sanctorū exituri de terra Myzrahim, prius in luto & latere multipliciter ab Aegyptiis fuerant afflicti. Apostoli quoq; Domini uirgis cæsi à Iudæis, in carcerēmq; pro nomine Iesu positi, & multiplices contumelias passi sunt, & postea ad salutem transmigrarūt. Quorum exemplo & tu quidem à tuis monachis iniuriam & contumeliam passus es, ne alibi transferendus Dei uoluntate improbos sine causa reliquissē uidearis. Conabatur monachi Spanhemenses, prauorum consilio & assistentia confortati, ueneno malitiæ pleni, sanctū nomē tuum deducere in contumeliam & opprobrium, sed minime ualuerunt, quoniam uindictante in eis iusticia Dei, omnes iam exterriti & confusi sunt, cadentes in foueam quam fecerunt. Tu autē eruditissime præceptor in æstimatione omniū bonorum uiroꝝ permanes gloriosus, & nomē tuum de die in diē amplius celebratur. Vale pater metuendissime, meq; discipulum tuū habes cōmendatū. Datis ex Trittenheim 18. die mēsis Aprilis, quæ fuit dominica post festū paschatis altera, anno incarnationis dominicæ 1507.

REVERENDO PATRI D. IOAN. TRIT-  
 abbati monasterii S. Iacobi Herbipolensi, præceptoris suo  
 dulciss. Ioannes Godfridi pastor inutilis ecclesie  
 in Mandal prope Creutzennach. S.



Mantissime præceptor, literis tuis dulcissimis simul  
 & nimium amaris adeo cõpunctus fui, ut lachrymas  
 cohibere nullatenus possẽm. Legi enim illas & rele-  
 gi præ cordis amaritudine sietibus indefinẽter. Illis, & in tan-  
 tum de tua resignatione turbatus, ut parentũ & amicorum o-  
 mnium acerbitas mortis ad o cõtristare nunquam potuisset.  
 Nec enim solus ego iam de perpetua absentia tua contristatus  
 sum, sed omnes in circuitu sacerdotes, magistri, & docti uiri, tuũ  
 amarissime lamen tantur recessum. Nam quibuscunq; ostendi  
 literas tuas (ostendi autẽ multis) mox ut eas legere cõpissent præ  
 lachrymis interrumpere lectionẽ cogebantur. Vna iam uoce o-  
 mnium dicitur. Heu q uir tãtus, tam doctus, tã expertus, & in o-  
 mni terra celebratus, cui simile non habet Germania sapiẽtia &  
 religione præstantẽ, propter monachorũ inuidiã cœnobium  
 suũ simul & patriã deserere cõpulsus, ad exteras se trãstulit natio-  
 nes. Iniquissimus ille Cancellarius Ducis Ioannis, per quos nẽ-  
 scio amulos nisi monachos & subditos tuos iniuste tibi factus  
 detractor & inimicus, ad instantiam abbatis S. Iacobi Megun-  
 tini & fratrũ tuorũ, piẽtissimum principem tibi reddidit of-  
 fensum. Quod ei nuper in faciẽ tuã amore impropere nũ erũ  
 bui corã multis, tẽpore quo in Spanheim tuus eligebatur suc-  
 cessor. Qui cum furore respondens dixit. Quis abbatem tuum  
 Tritemium quem tantopere cõmendas fugauit? aut quis eum  
 lesit, cõtristauit uel offendit? Quare non mansit in suo mona-  
 sterio? uel quare non est reuersus, cum nemo sit qui prohibe-  
 rit eum? Quare non recognouit Ducem Ioannem suum æque  
 esse.



esse Dominū & monasterii protectorem sicut Palatinum suū,  
 quem semper omnibus prætulit. Alia quoq; multa inutilia be-  
 stia illa loquebatur, quibus inuidiam suam contra te optimū  
 uirum publice declarauit. Erat autē dies nona mensis Decem-  
 bris, quando celebrabatur electio, & monasterium repletum e-  
 quitibus, ita q̄ patres ordinis unā cum monachis uix locū ad  
 eligendum poterant habere oportunum. O dulcissime præ-  
 ceptor, quā amarum erat cordi meo spectaculum, uidere in  
 locum tui patris mei amantissimi optimiq; & integerrimi uiri  
 alium sublimari, cumq; indignum, indoctum, & inexpertum,  
 ac talem, qui te ut Iudas tradidit, & sub specie humilitatis tibi  
 in occulto semper contrarius fuit. Electioni ut testis interfui,  
 omnia quæ dicebant agebanturq; audiui & uidi, teq; reuocan-  
 tem in memoriam omnia cōtremuerunt interiora, & inter canti-  
 cum læticiæ sine intermissione lachrymas fundebant ocelli.  
 Non existimes doctissime præceptor neq; susciperis, q̄ hæc scri-  
 bam uanitatis studio seu intentione adulandi, cum non solus  
 ego, sed tota uicinitas tam laicorum quā sacerdotum tuo  
 discessu grauissimo sit affecta mentis & corporis mœre. Nec  
 immerito. Eras enim totius patriæ decus, lumen Christiano-  
 rum, claustralium & religiosorum doctor & speculum, ruraliū  
 sacerdotum defensor, institutor & aduocatus, pater quoq; pau-  
 perum, & medicus infirmorum. Omnes tua prudentia & eru-  
 ditione utebamur pro necessitate ad libitum, nec erat aliqua  
 hæsitatio, quæ tuo consilio non tolleretur. Fuiisti enim omni-  
 bus ad te confugientibus resolutissimus consolator, & quic-  
 quid à te postulari potuit, pauperis sicut diuiti sine inuidia pa-  
 tebat. O quoties ego tribulatus nunc à patrenis, nunc uero à  
 rusticis; ad tuam sapientiam sicut ad oraculum confugi, pe-  
 tui consilium, auxilium imploraui, & semper tuo munimine

*Tritemij huius  
 manus 46.*

septus uictor in omnibus euasi. Nunquam à te sine consolatio-  
 ne decessi, & quale mihi tradidisti consilium, eius mihi utilem  
 semper & honestum recepi effectum. Quicquid tua fuerat sen-  
 tentia dictum, à doctis similiter & indoctis semper & ubiq; fir-  
 mum & stabile habebatur. O quis me miserum & infelicé nūc  
 in tribulationibus meis cōsolabitur? quis in scium docebit, aut  
 dubitantem ad ueritatem quis informabit? Tu mihi & omni-  
 bus cōfugientibus ad te uere sapientiæ fons & archa testamen-  
 ti inexhaustibilis esse solebas, cum nobis, in quibuscunq; hasi-  
 tare potuimus, lucidam, & sacris confirmatam scripturis ue-  
 ritatem placide aperire consueuisti. Denique tuo magisterio  
 docente, quicquid in sacris sapio scripturis, me fateor adep-  
 tum, & si Romane scribo, non meum est, sed tuæ institutio-  
 nis officium. Vnde non solum dicendi genus tuum, sed  
 etiam tuum scribendi characterem pro uiribus imitari semper  
 curabo, non minus amore tui, quàm condiscipulorum meo-  
 rum quos instituisti, Jacobi uidelicet Tritemii fratris tui, Ioan-  
 nis Centuriani, Nicolai Basellii monachi Adæ Pantomora-  
 ni, aliorumq; hoc ipsum facientiū prouocatus exemplo. Vti  
 nam te ueraciter possē imitari non solū eruditione, sed mo-  
 ribus quoq; & uitæ merito, nihil optabilib⁹ in terra possēt ob-  
 tingere unquam. Feci enim quod fidelem decebat discipulū,  
 te cordi meo affixi magistrum, ut ex eo tu memoria nunquā  
 recedat, & os meum laudes omni tempore efferat cum fauore  
 Tritemianis. Vsq; adeo enim tui semper sum memor non so-  
 lum inter amicos, sed inter æmulos quoq; ut uulgo nomen  
 mihi Tritemianum imponatur, quod est mihi omni dulcedi-  
 ne dulcius, & omni honore honorabilibus. Non enī erubesc-  
 eo nomen doctissimi innocentissimiq; preceptoris mei, sed  
 ipsum magnifico laudibusq; celebrabo, q̄ diu spiritus hos  
 reget

*fidelis disci-  
 puli exem-  
 plum.*

reget artus. Pereat qui Tritemio non bñ fauet, loquit & optat. Dicunt mihi aliqui æmuli tui præceptor amantissime, quoties tuum fero ad astra nomen: ubi nunc est ille Tritemius tuus clarissimus abbas, quem Principes orbis, ecclesiarumq; pontifices, docti quoq; & indocti omnes, mirari, literis & muneribus honorare multumq; uenerari solebāt? Quis Princeps aut pontifex nūc aut uenit aut nuncios mittit ad eum? Vbi nunc sunt uiri doctissimi, qui ex omni natione quæ in Europa est, confluere ad eum in Spanheim solebant? Est ne ipse tam honoratus & gloriosus coram episcopis atq; principibus sicut antea fuit? Quibus ego quod uerum est soleo respondere. Erratis *Loca non illa* *strant homi-* *nes.* Non enim locus Tritemium, sed ipse potius Tritemius locū Spanhēmensē sua eruditione fecit insignē. Quid erat Spanheim antequā Tritemius esset in eo? Aut q̄s nomē eius procul audiuit? Certe nihil erat, & nomen eius obscurum in tenebris abiectum latitans & incognitum. Tritemius meus sua eruditione & lucubrationibus nomen illustrauit Spanhēmensē, fecitq; in toto mundo cum ingenti gloria inclytum, quod antea penitus fuit incognitum. Ipsum principes, episcopi, nobilesq;, & uiri docti uenerantur non locum, ipsum uide re & alloqui non monasterium curabant. Et ecce Tritemius meus locum deseruit quē fecerat insignem, adhuc uiuit, alibi cum gloria translatus est. Quò nunc principes currunt? Quò suos iam nuncios mittunt? ad Spanheim uel ad Tritemium? Certe nemo iam deinceps uenit ad Spanheim doctus, nullus principū uel episcoporū amplius nuncios mittit suos, scientes in Spanheim nō esse abbatē Tritemiū. Quare manifestū est, & nulla indiget probatione, quia nō locū sed hominē principes uenerant, quem nunc ad Herbipolim audientes translatum.

ad ipsum suos mittunt nuncios, ut prius facere consueuerunt. Nulla eis de monasterio Spanhemensi cura est, quoniam sicut dixi, non locum sed Tritemium inquirunt. Scio autem ueridica relatione informatus, quod maior & gloriolior est fama Tritemii hodie apud principes, quam antea fuerit unquam. Nam

*Luc. 4.* sicut ueritas ait: Non est propheta acceptus in patria sua, sic Tritemius maiorem gloriam in terra consequitur aliena quam habuit in propria. O quam tetra nunc facies monstri Spanhemense uidere cœnobium, ubi Tritemio absente omnia penè cernuntur collapsa. Regularis obseruantia cecidit, morumque integritas corrupta est, & in solo habitu monachorum nomen claustralis discipline remansit. Scio mi præceptor, quod Dux Ioannesualde iam dolet de tua resignatione & multi cum illo, optarentque omnes (præter cancellarium) quod mansisses in Spanhem: quia nunc primum recognoscunt, quam utilem amisere prælatum, & quam infideliter monachi tui tecum egerunt. Vnde nemo illis fauet, nemo illis compatitur, nemo in necessitate constitutis succurrit, sed contemnuntur ferme ab omnibus, & publice dicunt de eis, quod essent incendio digni monachi Spanhemenses, qui optimum & insignem uirum tanta infidelitate circumuenire & supplantare non timuerunt. Abbas ipse tuus successor, focus Iudæ traditoris, homo inexpertus, piger & fatuus, nulli placeat uicinarum, ab officialibus principum contemnitur, & despectus ab omnibus habetur. Cui frequenter dicere soleo. En sanguis Tritemii mei exquiratur: & sicut illi fecistis non merenti, ita uobis uestro demerito fiet. Non putasset Dux ipse Ioannes, nec sicut audiui credidisset, quod illud factum in captione familiarum tuorum, tibi ad iniuriam deputare debuisses, & adeo recepisse ad mentem, ut abbatiam propterea dimitteres tuam. Nam si hoc sciuisset, nunquam

nunquam ut fieret commississet. Ego autem sciens quæ mihi scripsisti, talia dicentibus soleo respondere illud Virgilianum:

Tarde uenere bubulci.


Laqueus impiorum contritus est, & innocens Tritemius meus Deo saluante liberatus est. Hæc tibi reuerendissime præceptor ex sinceritate cordis mei rescribere uolui, quæ ut animo intelligas gratioso te etiã atq; etiam rogo. Tuus enim sum quicquid sum, idcirco scribo confidenter quicquid uenerit in buccam. Magister Conradus Antonianus Agrippinas nõ sine lachrymis tuas perlegit literas, te ut scis multum diligit, omniq; profequitur honore, teq; salutat. Vale præceptor optime, sapiensq; ad me scribere memeto, quia epistolæ tuæ super aurum mihi præciosæ sunt & charæ. Iterum uale. Ex ædibus meis in uilla Mandal, quarta mensis Maii. Anno dominicæ natiuitatis 1507.

SERENISSIMO PRINCIPI D. IOACHIM

Brandenburgensium Marchioni, Stetiniensium Pomeranorumq; Duci, Rugensium & Cassubiæ Principi, &c.

Ioan. Tritemius abbas S. Jacobi Herbipolensis

æternam optat fœlicitatem.

 Vid maieſtati tuæ retribuam ſapiētiffime Princeps, aut in quo tuis repēdere uicē beneficiis potero unq̄. Ecce quantis me iam hominē humilem & abiectum honorasti muneribus: Primo apud Francfordiã aureo poculoſatis precioſo atq; pulcherrimo. Secundo cum in Marchia tua Brandenburgensium apud te eſſem cōſtitutus, muneribus me decorasti q̄ pluribus in auro, argento, & lapidibus precioſis, quorū precium magnifatis erat ualoris. Nunc uero peramplius paupertati uolens cōſulere meæ, tria mihi uafa piſcibus repleta ſalfatis miſiſti, quorū uſus per hanc quadrageſimam & mihi & fratribus meis nõ parum utilis fuit & oportunos. Quid

ènini sacratissimæ maiestati tuæ pro his omnibus rependâ, o  
 nobilissime princeps, nisi totum id quod sum, possum & ualeo  
 tuo famulatuî q̄ libes impêdo. Referre nâq; gratias tuæ celsitu  
 dini ualeo minime, habeo & ago quâtas possum immortales,  
 offeres me ad tuæ serenitatis obsequia omni tēpore pro uirib⁹  
 ex animo paratum. Sciat tua Serenitas optime princeps, Liba  
 nium nostrū, præceptorē meū charissimū adhuc esse supersti  
 tem, & sanū atq; incolumē; sēq; pollicetur uenturū ad me an  
 no præsentî, si ullo id fieri modo possit. Scribit autē se fuisse in fir  
 mum quasi ad mortē mensibus fermè duobus. De meo ad te  
 reditu clemētissime princeps in Marchiâ, literas tuas domino  
 meo præfuli Herbipolensi reuerendissimo præsentauî, quas cū  
 legisset etiâ mihi tradidit legendas. Libens quidem tuis desy  
 deriis præberet assensum, nisi formidaret absentîam meam tâto  
 tēpore & mihi & monasterio meo esse nociuâ, p̄pterea uel ma  
 xime, q̄ ego in abbatiâ adhuc sum nouellus, & Scotorū teme  
 ritas nobis cōminatur insidias. Vt autē tua serenitas eius erga  
 te animū cognoscat amicū, tandē conclusit, sicuti ex literis suæ  
 reuerētissimæ paternitatis quas mitto, clare intelliges, ut tuæ  
 perficiâ celsitudini quæcūq; scribenda fuerint, quibus tandem  
 cōsummatis, ad tuâ me serenitatē cōferre possum, uno uel duo  
 bus mensibus in Marchia tua mansurus. Summe tuis cupio in  
 omnibus obedire mandatis, quantū cum Deo possum, & tuæ  
 præcunâs principibus seruire maiestati. Sed quia homo sum  
 sub potestate cōstitutus, necessariū mihi est imperio subseruire  
 maioris. Hoc autē & rogo & cōsulo, ut tua serenitas usq; in annū  
 proxime futurum patientiâ habere dignetur, interea quod ius  
 seris hic scribam, cum uenero consummatū mecū perferendū.  
 Confido enim absq; ulla hæsitacione, q̄ tēpore constituto ad  
 festū paschatis anni sequentis, dominus meus reuerendissimus  
 præfui

præful memoratus, ut ueniam ad tuam magnificentiam mihi iuxta pollicitationē suā nō negabit. Nihil hac uice mittere potui, quoniam ea quæ scripsi necdum satis emendauī, quæ tamē omnia mecum afferre curabo, daboque pro uiribus operam, ne frustra uidear à tua celsitudine honoratus, nèue tua de me confidentia fructu priuetur oprato. Græce modum scribendi quem præfens dederam iterum misi, quoniam priorem ultimis literis celsitudo tua signauit amissum. Deus omnipotens tuam serenitatem conseruet incolumem. Ex Herbipoli 9. die mensis Aprilis. Anno Christianorum 1507.

## IOACHIM DEI GRATIA MAR

chio Brandenburgensiu, Princeps Elector, &c. Ioanni

Tritemio abbati sancti Iacobi in suburbio Herbi

polensi salutem dicit plurimam, cū preca

tione totius fortunæ & prosperitatis.

**R**uerende in Christo abba mi pater amantissime, accepi literas paternitatis tuæ iucundissimas, simul & nuncium quem misisti, quo referente sanum te & incolumem, statimque tuum satis quietum & fortunatum cognoui, super quo tibi ex affectu congratulor, & Deo gratias ago debitas inumortali. Agit mihi tua paternitas de munificentia & beneficiis in eam factis gratias maximas, quæ mihi minime debentur, proinde quòd parua & uilia sunt omnia, quæ tibi contuli munera: quinimmo nec munera quidem appellari merentur, & ob id nullis indigent gratiarum actionibus, quòd etiamsi fuissent alicuius æstimationis aut precii, non tamen sunt talia & tanta, qualia & quanta meruisti recipere à me, teque maxime decebant. Volui enim per easolum animi in te mei affectū & beneuolentiā ostendere, quæ ut potius pensulare uelis quam ipsa uilissima dona te etiā atque etiā rogo.

Libanium præceptoré tuum sanum & incolumem gaudeo, quæ si ullo fieri modo posset, uidere & alloqui cuperem. A ceppi & literas amici nostri domini Herbipolensis de tuo ad me in Marchiam reditu in futurum annum promisso, quod me non parû cõristat, propter rerum mearû dispositioné causarumq; proprietatē, quibus diuturna tui absentia nocementû afferre potest, quia tuus ad me reditus nõ solum utilis mihi, sed & ualde necessarius est. Verum ex quo fieri aliter non potest, cogor esse cõtentus, & promissum tēpus expectare anhelus. Rogo tamen ne paternitas tua suum ad me reditum ultra tēpus promissum differat, quia nouit peroptime, q̄ mihi sit necessarius denuo tuus aduētus. Rescripsi autē amico meo domino Præsuli Herbipolensi, rogans eundē, ne reditû tuum ultra tempus retardet promissum: tu illi meo nomine præsentare literas meas non graueris. Literas quoq; ad principem tuum Palatinû dedi, in quibus ut tibi cooperetur pro libris tibi necessariis rogauit. Ut autem te lateat minime quibus à te lucubrationibus cupiã oblectari, ad schedulam te remitto ex Tangrimunda priori anno transmissam, in qua tibi signauerã certarum nominarum, de quibus opto ex tua officina luculentos habere tractatus. Quicquid tua paternitas mihi ad uerã sapientiã beatēq; uiuendum iudicauerit cõducibile, meas cõputabo delitias. Ago paternitati tuæ gratias infinitas pro modo illo pulcherrimo & exquisitissimo græce scribendi, quæ mihi denuo misisti, quo in secretis meis non uellem carere pro multa pecunia. Non diffidat paternitas tua de mea persona, q̄ cœptã inter nos fidem & charitatem deserturus sim unquã, quia non sum arundo, neq; tuorum in me benefactorum unq; potero obliuisci. Satis enim tibi patulus est animus erga te meus syncerus, rectus, & amatissimus tui, quæ nunq; reperies immutatum. Mitto etiã tibi præceptor



ceptor eruditissime cyphum unum argenteum intus & foris deauratum, non pro munere, sed in signum amoris in te mei, ac stabilis inter nos amicitiae dudum contractae, & usque ad mortem permanens, quem ut laeto suscipias animo precor, eoque saepius in mei utaris memoriam. Scire cupio de literis meis an peruenerint ad manus Libanii nec ne. Palestina, de quo interrogasti, adhuc est cum Rege nostro Maximiliano, & nescimus quando uenturus sit. Agat paternitas tua in his quae mihi nouisti utilia diligentiam, & habebis me tibi gratificaturum quo ad uixero in omnibus. Vale Germania: decus totiusque archa sapientiae, mei memor ad deum & amans, quia te uehementer amamus. Ex Berlin manu propria uicesima nona die mensis Maii Anno Christianorum M. D. VII.

IOAN. TRITE. AB. MONASTERII S. IACOBI Herbipolensis, Georgio Episcopi fratrum praedicatorum in Berlin Priori, & per Marchiam uicario generali amico charissimo Salutem.

**M**emor tuorum in me beneficiorum uenerande pater, non possum tibi non fauere quam optime, & esse pro tua salute tanquam integerrimi fautoris sollicitus. Et ideo scire abs te cupio quid agas, & quomodo ualeas, tam & si optime sciam inuidiam te sensisse fratrum tuorum, qui ut mea se habet sententia, te digni sunt minime. Sed haec sunt multis innata (ut ita dixerim) claustralium uicia, sanctis & optimis reluctari praelatis, eosque uariis murmuratiõibus & detractionibus inquietare, iniustisque machinationibus turbare, & omnium quantum praualeret oblocutionibus exponere. Turbati ad praelatum pro consolatione omnes ueniunt, si autem perturbari ipsum rectorem qualibet occasione contigerit, quis fratrum consolabitur eum? Has ego inquietudines expertus

*Detractiones  
monachi.*

In abbacia Spanhemensi per annos tres & uiginti, dudū scripsi librum de miseria praelatorum claustralium, quas etſi non omnes patiuntur æqualiter, pauci tamen ab eis prorsus reperiuntur immunes. Multæ enim sunt miseriæ & tribulationes rectorum claustralium, quas tâto possem enumerare certius, quanto sum plures & acerbiores semper expertus. Hoc unum me consolabatur solum, qđ sciebam ex institutionis meæ regula, infirmarum me curam suscepisse animarum, & ob id pro summi pastoris honore & reuerētia quantum potui omnia patienter toleraui, mercedem ab ipso me sperans recepturum, qui pro nostris infirmitatibus mori nō recusauit. In omnibus his adhuc unū tribulationibus meis defuit, quod præter mortem miseriarum ultimum fuit. Cũq; & illud inuidia æmulorum in me sauiēte tandem experiri cœpissẽm, uidissẽm qđ in durata corda prauorum, dare locum iræ statui, & ingratissimè seuire claustralibus amplius recusauit. Scis enim causas mearum tribulationum, propterea breuior ero. De Marchia reuersus in patriam, quosdam è monachis meis reperi non recte mecum sentientes, quorum prouocatus ingratitude & perfidia Herbiopolim uocatus me contuli, & monasterium sancti Iacobi in suburbio gubernandum acceptaui. Abbatiam uero Spanhemensem propter improbitatem monachorum & æmulorum inuidiam resignaui, malens uiuere cum paucis monachis in pace, quàm cū multis in continua perturbatione. Historiam tibi mearum tribulationum breuiter recensere uolui, ut in tuis aduersitatibus & me scias esse participem, & tibi ex animo compatiens. Scripsi autem pro defensione tuisserenissimo principi uerbum, quod quale sit noueris, introclusa his scheda referabit. Tu mihi quæ tecum agantur rescribas uelim, neq; meum hunc nuncium sine tuis litteris abire permittas.

Saluta

Saluta quæso nomine meo nostros quoscunq; amicos, & eos qui mei recordantur in bonum. Et tu pater optime ualeas cura, Deum orans pro nobis. Ex monasterio nostro decimadie mensis Aprilis Anno Christianorum M. D. VII.

IOANNES TRITEMIVS ABBAS S.  
Iacobi in suburbio Herbipolensi, Ioanni de Segen  
Abbatimontis diui Petri in Erpfurdia S.



Euerende pater & amice, missurus hunc famulum meum pro quibusdam negociis ad serenissimum principem Ioachim in Marchiam Brandenburgensem, non potui, neq; certe debui ipsum sine meis ad te literis dimittere, cū per Erpfurdiam sit necessario transiturus. In primis ago paternitati tuæ gratias immortales pro tua in me humanitate, referamq; si potero unquam. Non inueni tantam charitatem in tota unione Burffeldensi, præterquam in Anthonio Abbate sancti Mathiæ Treuitensis, qui beneficiis in me tecum certare usus est. Vnde merito uos duos primarios posuerim inter amicos, uestra in me beneficia sine obliuione cogitans. Abbatiam meam Spanhemensem uoluntate spontanea resignaui, propter ingratitude fratrum & inuidiam æmulatorum, uidens tandem & aperte cognoscens induratum cor Pharaonis, qui mendacio potius quàm ueritati adhibuit fidem. Veni autem Herbipolim per abbatem S. Stephani ex iussione præfulis reuerendissimi uocatus, & abbatiam S. Iacobi apostoli quondã Scororū 15. die mensis Octobris institutus canonice, pauperē pauper assumpsi, in qua me cōfido uicturū deinceps cum pace & tranquillitate maiore, q̄ in Spanheim hætenus potuerim conuersari. Multis enī laboribus crebro fui contritus, pro quibus nisi omnipotens Deus mihi restituerat mercedem, frustra corā hoibus laboraui. In communibus

deniq; causis & negociis capituli, ordinis & unionis, uisitando, scribendo, dicendo, ac legationes coram principibus, Episcopis, aliisque compluribus, multis uicibus peragendo non parū laboraui, quanquā mercedis ab hominibus receperim nihil. Spero tamen quod omnipotens & misericors Dominus, pro his bonum præstabit æternum. Paucos habui fideliter pro bono communi coadiutores, & ut uideamus aperte, pauciores ope meorum pro nostra obseruantia reliqui sequaces. Pauci sunt inquam ne dicam paucissimi, sanctæ religionis necessariū habentes zelum: quæ sua sunt quærunt omnes, non quæ Reip. communis. Vnde uisitantes negliguntur, perit obseruantia regularis, & nemo inuenitur qui doleat. Scio quædam unionis & obseruantia nostræ monasteria, & quidem non pauca numero in Sueuia & Francia nostra orientali, quorum alia in octo, alia in decē, alia uero in quatuordecim annis non sunt à patribus uisitata. Deniq; reperiuntur hodie in quibusdam unionis nostræ cœnobiis monachi simul & abbates, publice & priuatim manducare carnes in despectum & contumeliam obseruantia regularis, & nemo qui corrigat tam enormiter delinquentes occurrit. In obliuionem simul & contemptum ducti sunt patrum sancta studia priorum, qui obseruantia disciplinæ regularis diutissime collapsam magnis laboribus uigiliis & sumptibus sub titulo unionis Bursfeldensis nostris penitus temporibus in Saxonia & in partibus Rhenensiu cæterisque adiacentibus magnifice restaurarunt. Doleo uehementer, nec immerito, per horū temporū negligētias sanctos patrū interire labores præteritorū. Opera precii fuerit patres aliquando capituluriter cōgregatos admonuisse, ut sequentia mala præueniant, & eos qui carnaliter ambulant redire ad semitam regularis obseruantia compellant. Vale mei memor ad deum  
in oratio-

in orationibus tuis. Ex monasterio sancti Iacobi in suburbio ciuitatis Herbipolensis decima die mensis Aprilis. Anno Christianorum millesimo quingentesimo septimo.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI

D. Theodorico Ecclesie Lubucensis Episcopo Io. Tritemius ab. S. Iacobi Herbip. foelicitate orat sempiterna.



Eueredissime praesul, doctissime pater, semperque colende praecipitor, quod mutauerim titulum abbatiae non miraberis, si causas animi meum ad cedendum animi

lis prouocantes, aequali lance discussis. Non te latent iniuriae, quas sine demerito accepi: ne grauiora paterer abbatiam rationabili occasione commutauit. Sum enim pacis amator, propterea habitare in medio turbationum diutius recusauit. Quid sentiam ego de uita Apollonii Tyanci philosophi, quam Philostratus ex coportatis a Damide ceterisque discipulis illius in octo libris descripsit, ex me scire paternitas tua reuerendissima cur uelit, non satis ualeo admirari. Cum enim sis ipse doctissimus in omni uarietate tam diuinarum quam humanarum scripturarum, nihil te poterit latere, quod ego uel intelligere, uel scribere possim. Quare satis mihi uerecundum est in hac re tuo respondere imperio, cum ingenio & eruditione me sine comparatione praecellat: & quicquid ego possum adferre, prius in armario tui pectoris multipliciter constat esse repositum. Sed ex aduerso niti tuisque nolle obedire mandatis, non solum temerarii, sed demeritis quoque animi, mihi festum uideretur inditum, cuius a me longe macula semper consueui propellere. Malo enim si alterum oporteat subire, coram tua paternitate insipientiae redargui quam inobedientiae seu temeritatis. Breuiter itaque & sine ordine disputationis tumultuarie ut potero, quid sentiam de Apollonio simplici narratione exponam, sine iniuria cuiuscumque melius sentietis. Eo uixit Apollonius

Apollonius  
Tyaneus  
qui uixerit?

tēpore, quo Christi Apostoli atq; discipuli per uniuersam Græciam & Asiam choruscantibus signis atq; miraculis fidem prædicauerunt catholicam, ipsiusq; Domini & Saluatoris Iesu Christi uitā, doctrinam, uirtutes, passionē, & miracula Gentibus annunciarunt, conuertentes eos qui fuerant prædestinati ad cognitionem summæ ueritatis, & magnam in populo admirationē simul & sui reuerentiā suscitantes. Audiētes hæc quæ sancti prædicatores de uita & miraculis Christi per orbem sparserunt uniuersum, Damis & reliqui Apollonii sectatores, quanquā facta non crederēt quæ de Salvatore dicebantur, similia tamē de suo præceptore post eius mortē finxerunt, ut quem philosophum nouerant, cum aliquid esse supra hominē, & ob id Christo non inferiorem, stultis hominibus persuaderent. Existimabant enim miraculis de nominatissimo tunc philosopho Apollonio scriptis quanquā emētis, quod homines latebat, fidē non tardius daturus auditores, maxime cū ea philosophi prædicare uiderētur nobiles, quā his quæ de Salvatore imperiti nunciassent piscatores. Sumētes ergo de ueris Christi miraculis audaciā, similia de suo præceptore confinxerunt, non minorē in populo fidem sibi promittētes quā sanctis prædicatoribus (quos ut simplices & indoctos despiciēbāt) datā à credētibus uiderūt. Christum de medio Iudæorum ad præcipitiū ductum audientes trāsisse intactū, suum Apolloniū de conspectu Cæsaris euauisse subito, longēq; factū extra urbē fabulant. Item Dominus Iesus tres mortuos in mysteriū baptismatis reuocauit ad uitā, & Apolloniū sui puellam Romæ mortuā resuscitasse mentiuntur. Super Dominum baptizatum paterna uox audita est, Apollonium Hercules cateriq; Gentilium dii allocuti feruntur: quod si uerum est, laræ dæmonum necessario fuerunt: si non est uerum, Damis utiq; sicuti & reliqua multa, uel ipse Apollonius

*Figura de  
Apollonio.*

Ionius confinxit. Item Dominus Iesus post resurrectionem suam Ianuis clausis ad discipulos intravit: Apollonium Romæ cōpedibus uinctum, Damis quoties uoluerit se fecisse liberum mentitur. Longum & nimis foret audire tædiosum, si omnia uellem reuocare ad calamum, quæ de Apollonio Philostratus narrat miracula, quibus ut ea patrare potuerit nulla ratio suffragatur, quia manifestum est eum hominē fuisse mortalem, cultorēmq; idolorum, & de animarū trāsmigratione in corpora multa sæpius tenuisse perniciosum errorē. Iuuenem introducit nobilē apud Hiarcham ac Indiæ sapientes, literas & omnē philosophiam in odium Homeri calumniatē, propterea quæcum in bello quondam Troiano Dux esset magnanimus, eius inuidia nullam inter illustres memoriā recepisset. Tunc ergo hominē reindutus priorisq; iniuriæ memor, omnes una perti naciq; sentētia tractatores aspernatur literarū. Quid hac fatuitate dementius, hominē, quid fuerit ante mille ducentes annos (tantū enim ferunt effluxisse tēporis inter excidium Troianum & Apollonii huius Tyanei ætatem) rememorari, cum scire ne queat, ubi, uel quid, aut quomodo fuerit, priusq; ex matris utero egrederetur? Aut quomodo hæc fabula etiā secundū Pythagoricos Platonicoſq; aliquā poterit habere similitudinē ueritatis, qui transmigrationis & reuersionis in primum punctum annos ponunt quā plurimos? Sed uetate pudore loqui diutius de his uanisimis deliryamētis, quæ somniis sunt uaniora, non debeo, sed reliqua breui narratiōe prosequēda fuerint. Quale est illud contra omnem rationem naturæ manifestum Damidis fictitium, quo in congressu Apollonii cum Indianis philosophis Hiarcha præsidere, inaudita & nusq; uisa introducit miracula, è terra prorupisse philosophorum sedilia, solēmq; ministrasse sacrificis perpetuū ignē, & phialam sæpius à philosophis exhaustā poculo, iursum & subito plenū & copiosum ex

ſudaffe liquorē, ut quoties epotata fuiſſet, toties iterum plena exundaret. Tranſeo cætera ſimili præſumptione conſicta, leuatos in excelſum cantores, expulſos ab hominibus per epiſtolā dæmones, futurorū prædictiones, occultorū & nominū & rerū æditiones, hirundinū auiumq; interpretatos garritus, laruæ & lemorum denudata facinora: & quicquid ſui de Apollonio miraculoſum ſcripſerunt, paucis uerbis meā ſententiā de miraculis Tyanei tibi reuerendiſſime præſul, quā ita iubes, aperiā.

*Iudiciū Tri-  
temij de mi-  
raculis Apol-  
lonij.*

Miracula, ſigna, & prodigia, quæ in octo Philoſtrati uolumini-  
bus Apollonio leguntur adſcripta, mea ſententiā firmiter indu-  
bitantēq; tenēdo, aut conſicta ſunt & falſa, aut ſi facta extiterūt,  
abſq; ulla hæſitatione dæmonum fuerunt cooperatione perpe-  
trata. Quod ſint conſicta, ementita & falſa, magna mihi perſua-  
ſio eſt Damis ipſe diſcipulus Apollonii, qui quoties magnum  
aliquid & arduū miraculoſumq; ſcribit de illo, condiſcipulos  
ſemper introducit fuiſſe abſentes, ſeq; aut ſolum, aut cum pau-  
ciſſimis interfuiſſe præſentem, ſæpius autē neminem fuiſſe cum  
Apollonio dum grandia faceret aut loqueretur cum laruis,  
cōmemorat. Quod ſi fidē dictis meis non fatiſ cōciliat memo-  
rata perſuaſio, uolueritq; aliquis Tyanei deſenſare miracula,  
quiſquis ille fuerit mihi dicat in primis. Si Apollonius ſibi ad-  
ſcripta patrauit miracula, cuius ea uirtute facere potuerit? Pro-  
pria uidelicet an aliena? Certe nō propria, neq; aliquā ſcientiā  
naturalē ea patrādi adſecutus fuit, cū ſe ad plæraq; talia quæ nar-  
rant de illo uirtus magicæ naturalis minime extēdat. Fuit enim  
Apollonius homo corruptibilis atq; mortalis, qui ſua uirtute  
nihil potuiſſe credēdus ſit ultra cōmunem naturæ ordinem,  
quod nomē mereatur miraculi. Sequitur ergo ſi quid taliū fe-  
cerit nō ſua, ſed uirtute patrātū aliena. Sola uero potentia diui-  
na miracula patrānt uera, quæ facere Tyaneus nullatenus po-  
tuit,



tuit, qui cultor existens idolorum & multa superstitione plenus, longe à veri dei cognitione alienus fuit. Virtute quoque propriae intelligentiæ spiritus sui, aut magicæ naturalis plerumque maiora, quæ de ipso narrantur, eum potuisse minime, certa est mihi ratione persuasum. Nihil etiam idololatræ cum sanctis dei spiritibus commune fuisse credendum est. Restat igitur in dubitata diffinitione tenendum, si ea fecit miracula quæ sui de illo scripserunt, non alia quam dæmonum patrata cooperatio ne atque virtute, quibus non est difficile miraculis falsis hominum sibi deditorum etiam in maioribus decipere sensus, quippe qui nobis natura & industria per longam consuetudinē ad figmentorum productionem subtiliores existunt. Sed magices argui Apollonium sui non patiuntur. Adhæreo itaque priori sententiæ, quam dixi, miracula inscripta Apollonio, uel per ipsum uel per eius discipulos excogitata, conficta & ementita: neque in duci ut aliter sentiam facile me posse existimo, nisi forsitan artibus dæmonum attribuenda concedant. Quid mirum si homines mundanæ dediti sapientiæ ac philosophiæ, cognitionis quoque diuinæ penitus ignari, laudis & æstimationis inter homines cupidissimi, de suo præceptore maiora confinxerunt miracula falsa, quam apostoli de saluatore nostro per orbem uniuersum prædicauerint & in eius nomine fecerint uera? Ut ergo summam uniuersa Tyanei miracula concludam: si fecit ea quæ sui miranda in eius laude scripserunt, magus profecto & dæmonum laruarumque infernalium excantator fuit. Si non fecit (ut mea sententia habet) nulli dubium esse potest, quin omnia per Damidæ ceterosque discipulos eius sint excogitata, conficta & ementita, ut falsis magistrum exornaret laudibus, quo & ipsi gloriam inter mortales consequerentur æternam. Si facti miraris temeritatē, cogita quid ab initio non præsum

Græcorum  
Leuitas.

Satanæ astu  
Nid.

psit Græcorū audacia scriptorum & Multorum sententia est, Græcorum historias cōfictis scaturire fabellis, & excidiū illud ingens Troianum poetarum est figmentum. Libenter Apollinianis commenticiis demones credimus impendisse operā, ut per hæc Damidis sociorumq; illius figmenta, Christiana uilesceret inter gentiles religio, cum Tyaneus non minora uideretur fecisse apud Græcos, quā Christum audiissent operatum apud Iudæos. Arbitrabant etiam forsitan hominibus facile persuadendū Christū propter miraculorū exhibitionē nō esse Deum, quorum patratiōe & ipse Apollonius idolorum cultor, qui nullam de se prædicari diuinitatem propterea uoluerit, non minus extitisset insignis. Quā aut fuerit iste Tyaneus æstimationis & humanæ gloriæ cupidus, multa per Damidē scripta in diuersis testant locis, maxime ubi Decs & animas defunctorum in templis idolorū sibi apparuisse locutosq; grandia ipse Apollonius discipulis recitat. Quicumq; ergo Tyaneum cōscripta de illo miracula aut sua uirtute naturali, aut sapientia philosophica & sanctimonie puritate, aut sciētia naturali, quā magiam physicam appellant, fecisse credit, caueat ne Christo saluatore omniū iniurietur, quia si ea fecit, damonum excantator potius quā philosophus fuit. Hæc est candidissime præful mea de miraculis Apollonii sententia, quam scire uoluisti, cui quidem si quis uoluerit esse contrarius, nō satis mihi uidetur intelligere, quousq; humanæ se naturæ uires extendat. Vale clarissime pontifex, & Tritemiū tuū habeto cōmendatum. Ex Herbipoli 16. die mensis Aprilis Anno 1507.

IOACHIM DEI GRATIA MARCHIO

Branden. Princeps Elector, Ioan. Trite. abbati S. Iacobi Herbipolen. Salutem

**R**euerende in Christo pater uir clariss. sciat paternitas tua me diuina miseratione sanū & incolumem unā cū uxore, & filio

& filio, qđ ipſum & tuæ paternitati ſuper oīa faueo, precor & oro, quia felicē ſtatū eiufdem ſap̄ius audire me ualde delectat. Dedit ad me literas Dñs & frater meus Coloniēſis Archiepiſcopus Princeps Eleſtor, cum quibus & tuæ paternitatis literas miſit, quas ad eū in menſe Martio dediſti, excuſationem & impedimēta cōtinentes, quare ad ipſum perſonaliter nō deſcenderes à me ad patriam reuerſus, & tibi cōmiſſa per me mittere quare ſine nūcio certo nequeas, quæ oīa mihi placuerūt. Agit aut ſua paternitas gratias infinitas de libris & aliis medicamētis, q̄ tibi cōmiſi ad eū ſi poſſes cū literis meis perſonaliter deſerenda. Verū ex quo tibi hoc tpe nō eſt animus deſcendēdi ad eum, & ipſemiſiſ à me diutius ægre poſſet carere muneribus, niſi hunc nuncium eius ad te, per quē illi ut mittas mittenda etiā atq; etiā rogo. Reliqua uero ſecretiora, q̄ ore ſerenda commiſi, penes te maneant, donec eū perſonaliter accedere potueris. Vale ſanus & felix orans pro nobis ad Deum. Ex Colonia mea circa Spreuū 29. die menſis Maii Anno Chriſti 1507.

REVERENDISSIMO PATRI SERENISSIMOq; Principi & Dño D. Hermanno archiepiſcopo Coloniēſis Eccleſiæ, Angariæ Vueſtphaliæq; Duci, Paderbornenſis Eccleſiæ adminiſtratori, ſacri Imperii per Italiam archicancellario, Principi Eleſtori, Ioan. Trite. abbas S. Iacobi Herbipo. ſœlicitatem.

**R**euerendiſſime princeps, mitto celſitudini tuæ cū ſentiū latore nūcio tuo, quē p̄pterea ex Marchia deſtinauit ad me Illuſtriſ. Princeps Joachim, librum & ea q̄ mihi anno priore ab eodē cōmiſſa principe fuerūt, p̄ me perſonaliter, ut nup̄ ſcripſerā tuæ paternitati reuerendiſ. deſerēda. Statuerā qđ deſcēdere ad te, ac reliqua tradere q̄ mihi cōmiſſa fuerāt ore ſerēda, ſed rebus meis in perturbatiōe poſitis,

at optima nouit tua serenitas, in aliud tempus hunc animi  
 differre necessario sum compulfus. Modū utendi rebus quas  
 mitto, in scriptis à Principe memorato non accepi, dabo tam-  
 en operam quàm primum id efficere possum, ut certo nun-  
 cio ad tuam celsitudinem & ipse mittat. Iam enim rescripta ad  
 manum non habeo, quæ rebus missis necessaria uiderent. Cō-  
 fido autē q̄ mihi tempus aliquando dabitur & ociū ueniendi  
 ad sacram præsentiam tui, ut reliqua expediam, quæ mortuis  
 literulis non uidebant cōmittenda. Omnipotens Deus tuam  
 reuerendissimam paternitatem diu conseruet incolumem. Ex  
 Herbipoli quinta die mensis Iunii. Anno Christianorū 1507.  
 IOAN. TRITE. AB. MONASTERII S. IA-  
 COBI in suburbio ciuitatis Herbipolensis, Rogerio Sycambro  
 Dumetenſi canonico Salutem.



Ribulationibus Macharii abbatis Lymphurgensis  
 & magnis & cōtinuis tanto cōpatior amplius, quā  
 to sum cum eo diutius conuersatus. Quis non com-  
 pateretur tam horrendā iniuriā passus nisi profusus à fide Chri-  
 sti fuerit alienus, quæ admodū & illi sunt, qui tā insigne quen-  
 dam monasteriū Lymphurgense incendio concremarunt. Nisi  
 enim à fide fuissent penitus alieni, Comes ille truculentus, im-  
 pius & sceleratus de Lyningen, & qui ei seruiunt satellites im-  
 pietatis, dei templa non destruxissent, non uiolassent altaria,  
 nec omnipotenti Deo consecrata suos in usus conuertissent.  
 Sed quid faciūt principes terræ, qui positi in uindictā malorū,  
 suas iniurias & paruas, & nonnunquā pueriles tam saeuere puni-  
 niunt, Dei autē contumelias non aduertunt? Non est mirum  
 meo iudicio Sycamber, q̄ fides hodie Christiana periclitatur  
 ubique, deuotio perit in hominibus, charitas cum religione  
 extinguitur, impietas cum crudelitate ubique dominatur.

Religionis  
 nullam esse  
 curam.

Meritis

Meritis nostris Rogeri mala patimur, propterea q̄ summum illud bonū ueraciter non amamus. Quia uicia & scelera tyrannorū hodie qui corrigant principes defunt, soli qui corrigantur plures occurrunt. Propterea naufragatur Ecclesia, imperium minuitur, infidelīū numerus augmentatur. Quod olim Christianissimi principes deuota intēione Ecclesius Dei contulerunt, hodie tyranni rapiunt, & hoc ut frequenter impune, nec ipsi Deo parcentes neq; hominibus. Vnde merito nunc lamentatur Ecclesia Christi dicens: In pace amaritudo mea amarissima. Sed nostra de his cum sit infructuosa disputatio, tacere cōpellimur, ne os in cœlū posuisse uideamur. Ioannē Cantherium Frisium medicum ex Groningen, uirum doctum, literarū uita defunctū mihi nunciarunt. Nihil est noui, nihil miri, si moriatur, qui natura mortalis erat, quoniā ea intrauit lege, ut aliquando rursus egrederetur. Ecce iam egressus est, soluit naturæ quod tenebatur debitū, omniumq; terribilū terribilissimum euicit, & sibi fecit præteritū quod omnes nobis formidamus esse futurum. Si bene uixit in Christo, feliciter egressus est, quoniā ut sanctus inquit Augustinus: Non potest male mori qui bene uixit, & uix potest bene mori qui male uixit. O utinā tales iugi prudentia uiueremus, quales mori cum necessarium fuerit optamus. Cantherius nos præcessit, superauit mortem, hamanūq; iam nunc exculsit timorē. Cogitemus itaq; Rogeri charissime, cito eō nos peruenturos, quō illum peruenisse mœremus, & sic uiuamus paruisimū quod superest momētū, ut quālibet horā suspicemur esse nouissimā. Non enim ut sanctus ait Christophilus, hic manentē ciuitatem habemus, neq; durabiliores sumus patribus nostris, qui nos omnes præcesserunt ad mortem. Nos quoq; ut Cenomanensis ait Episcopus:

Tollimur è medio fatis urgentibus omnes,  
Et trahimur quō nos uita peracta uocat,

Esaie. vii.

Mors quibus  
sit bona.

Hebræ. vii.

c c

c c

Felices illi mortales, quorum semper in Dei amore sancta deuotio feruet, quise peregrinos huius mundi agnoscetes ad celestem patriam animo suspirant, nihilq; corruptibilem re-  
rum amētes, iugi desyderio mansionibus inuehi concupiscunt  
æternis. Mors illis iucunda erit non horrenda, per quam letis  
uadunt è carcere uotis, malorum omnium suscipientes termi-  
num, & initium sine fine bonorum. Mors terribilis est his qui ta-  
li uiuunt instituto, ut eis post mortem spes non sit ulla boni, qui  
moriuntur mente simul & corpore desperationis suæ merce-  
dem recipientes obliuionem æternam. Vale ex Herbipoli  
decima quarta die mensis Iunii. Anno Christianorum millesti-  
mo quingentesimo septimo.

HERMANNVS DEI GRATIA ARCHI-  
episcopus Colonienſis, princeps Eleſtor, &c. Venerabili  
nobis in Christo ſyncere dilecto Ioanni Trit.  
Abbati S. Iacobi Herbipolenſi. S.



A que nobis ex parte & cōmiſſione principis excel-  
lentissimi domini Ioachim Marchionis Brādenbur-  
gēſis, ſacri Romani Imperii archicamerarii, ac prin-  
cipis Eleſtoris, cōſanguinei ac fratris noſtri tibi credita miſiſti,  
grato ſuſcepimus animo. Et ex quo earundem rerū pro noſtra  
uoluntate & arbitrio neceſſariū utendi modum nō habemus,  
ſingulari à te optamus deſyderio, cupientes ut nobis cum præ-  
ſenti noſtro tabellario plenā ſingularum informationē mittas  
in ſcriptis, uel certe ſi quouis modo tibi fuerit poſſibile, intra  
quindecim dierum ſpacium ad nos perſonaliter deſcendas, in  
aliquo principatus noſtri loco circa Rhenū, quoniā ultra qua-  
tuordecim dies in his terminis non intendimus remorari. Cu-  
pimus enim earū à te rerū omnimodam nanciſci cognitionē.  
In his diligētē & uoluntariū te nobis exhibere non pigriteris,  
ut no

ut nostra sese confidentia habet in te. Facies enim nobis in his  
singularem complacentiam gratiamque uoluntatem, fauore  
& gratia sine obliuione recognoscendas. Datae Aldenaræ sab  
bato post festum Barnabæ Ap̄li. Anno 1507.

REVERENDISSIMO PATRI SERENIS-

simoque principi D. Hermanno archiepiscopo Colonien

si, &c. Ioannes Tritemius abbas sancti Iacobi

Herbipolensis felicitatem.



Euereudissime princeps, uoluntas mihi inesset quide  
prop̄tissima personaliter ueniendi ad te, nisi duorum  
hac uice prohiberer impedimēto. Alterū est, q̄ excel  
lencia reuerēdisimæ paternitatis tuæ quatuordecim dierum  
cōstituit mihi tēpus ueniendi, quos ab enūsiōne literarū tuarū  
interpretatus nimiū reperi breues, unde metuēs ne forte cum  
descenderē, tua serenitas aut ex more in Uestphalia esset, aut  
alibi procul absens à Rhenno, frustra laborasse cōtingeret, iter  
assumere prolixū nisi certus nō audebā. Alterū uero quod etiā  
mētē à proposito nō parū retraxit, absentia reuerēdisimi præ  
sulis mei exera patriā cōstituti fuit, sine cuius uoluntate & cōsen  
su tantū subire itineris spaciū nō satis uidebatur mihi cōueniēs,  
propterea uel maxime, q̄ eius munificētia & benignitate pau  
peri huic præfectus cœnobio totā post Deū spem meam in eius  
humanitate locaui. Ad dō & tertiū uolūtarii itineris impedimē  
tū, qm̄ hactenus in reb⁹ propositis celsitudinis tuæ ignarus con  
siliū, ea quæ mihi ad cōplementū uidebant necessaria nō para  
ui. Ad cōplacendū uero pro uiribus reuerēdisimæ paternitati  
tuæ paratus sum tot⁹ uolūtarius & prop̄tus: & nemorer diuti⁹,  
statui circa festū sancti Michaēlis (quo tua clementissima cel  
situdo ex Uestphalia redire consueuit ad Rhennum) Deo mi  
serate ac reuerēdisimo pontifici meo consentiente, descendere

Bunnam ad sacrā præsentia tuam, allaturus mecum ea quæ tuâ paternitatē reuerendissimā poterunt recreare. Non enim parare omnia tam breui tempore potui, quæ mihi mittenda uidebantur, quia Serenissimus princeps Brandenburgensis nihil mihi præter ipsas nudas, quas pridem misi, tradidit rerū formas: reliqua misit ore ferenda. Nunc autē reuerendissimæ paternitati tuæ mitto per nunciū mihi destinatū ea quæ præcepit, modū uidelicet rebus dudum missis utendi, cum reliquis in sarcinula colligatis, quibus utinam serenissimæ celsitudini tuæ gratū feruitutis exhibuerim munus. Omnipotens Deus celsitudinē tuā in clyte princeps diu cōseruet incolumē, cui me humilem commendo ministrum. Ex Herbipoli uicesima tertia die mensis Iunii. Anno Christianorum 1507.

IOAN. TRIT. ABBAS S. IACOBI HERBIPOLENSIS, Friderico de Redeuitz Canonico & Cantori Ecclesiæ Bambergensis, ac præposito in Oringeeu, amico Salutem.



Quod literis tuis ornatissimis tardius reddidicem clarissimè uir, nō tui factū existimes obliuione, sed meis in re literaria consuetis occupationibus. Quod me inter amicos admiseris tuos, & mihi uehementer gratulor, & tibi gratias habeo immortales. Quid enim dulcius mihi homini peregrino, & in terra cōstituto aliena, contingere potuisset, quā optimi doctissimiq; uiri amicitiam nanciscere quæ non solum nobilitas generis morūmq; integritas spectabilē fecit, sed eruditio quoq; literarū omnifariā exornās cūctis uirtutib; merito reddidit gloriosum. Eo quoq; magis me delectat tecū iniisse amicitia, o reuerendissime parens, quæ iuxta sententiam diui Hieronymi uerā hanc necessitudinē nostrā intelligo, quam Christi glutino copulatā, non utilitas rei familiaris, non præsentia tantum



rum corporum, non subdola & palpans adulatio, sed Dei timor & diuinarum scripturarum studia conciliant. Hæc est perfecta amicitia, qua in deo diligitur amicus, fitq; Chr. sti amore flum fit.

Mens una corporibus in duobus, nõ ob aliam causam, quàm studiorum similitudinem, quibus ad apicem summi & incommutabilis boni ambo concurrunt amici. Ideoq; inter malos & reprobos homines esse amicitia uera non potest: quoniam sicut Aristoteles dicit: perfecta amicitia non est nisi per unum, quia quod est perfectum non potest fieri ad plura sed ad unũ. ,,

Mali aut & reprobi semper in turbatione uiuunt, nunquã pacifici, nunquam quieti, nunquã tranquilli, sed ut mare nequitiam spumantes, ad multa neglecta unitate rapiuntur, & propter hoc eorũ coniunctiones non amicitia sed magis coniurationes dicendæ sunt. Est enim amicitia æqualitas animorũ intellectu constans & ratione, quapropter inter sceleratos appetitu non ratione uiuentes nullam esse amicitiam contigit unquam. Hoc ipsum satis expressit memoratus philosophus in Ethicis dicens: Solam amicitiam bonorũ honestorum intransmutabilem esse. Nulla uero æqualitas animorũ constantiore esse potest quàm illa quæ ex diuino nascitur amore, quo unum, uerum, solumq; incommutabile bonum per fidem pura deuotione cognoscitur, & pari consensu ab amicis feruenti desiderio amat. De hac ipsa necessitudine uir sapiens inquit: Amico fideli nulla est comparatio, quoniã amicus fidelis pro remedio fortis, qui inuenerit illum preciosum inuenit thesaurũ. Hinc me beatum iure existimo, quoniam te uerum inueni amicum, quippe qui nihil in me diligis aliud quã Christianæ gluttonum charitatis, quod est amor sapientiæ cœlestis & diuinarũ studium scripturarum. Quis nesciat felicitatis æternæ fructu, ad quam omnia nostra sunt studia ordinanda, ex cogni

*Vera amicitia per Christum fit.*

*Inter malos non est uera amicitia.*

*Amicitia quid est*

*Eccle. 6.*

tionē & amore summi regē oīm cōstare principiū quod more nostro Deū appellamus, ipsamq; in regno beatitudinis bonis oibus esse communē, atq; ipsius boni adhaesione amicitia omniū electorū dei cōfirmare perfectā, & nulla unq; intercapedine dissolūendā. Omniū nāq; suo principio per gratiā fruitionis unitōre ppter ea est amicitia sempiterno scēdere indissolubilis & firma, quia unū uolūt, unū diligūt, & in unius fruitione cōsistūt. Nos ergo qui fundamentū amicitiae nostrae in Christia no solidauimus amore firmandū, tāto magis cōlestiū appropinquam⁹ necessitudini, quāto fuerimus in uia q̄ ducit ad illā studio & uolūtate cōcordes. Est aut̄ triplex iter ad amicitia il-

*Triplex iter  
ad amicitiam  
ueram.*

lam fruitionis aeternae, quod in unā uia dirigit ambulātes. Cognitio diuināe bonitatis studio sacrarū scripturarū acquiri: amor cōlestis desiderii uirtutū exercitio nutri, & cultus Dei mandatorū obseruatione declarā. Cognitio itaq; causat amorē, q̄ a nemo recte diligit quod ignorat, amor uero exigit cultū dicēte Gregorio: Amor Dei nunq; est ociosus. Operat̄ em̄ magna si est, q̄ si operari rennuit, amor nō fuit, cū exhibitio operis uerē signū sit dilectiōis. Hic est uerāe amicitiae Christianae funiculus triplex, qui facile nō rūpiē, qm̄ q̄squis in hoc itinere cū amico fideli cōsentiens ambulauerit, suos aduersarios, carnē, mundū, & diabolū facile superabit. Propterea sanctus hortat̄ Hieronymus Paulinū hoc itinere gradientē dicēs: Discamus in terris quorū sciētia nobis perseueret in caelis. Et ad quendam aliū scribens dicit: Ama sciētiā scripturarū, & carnis uitia nō amabis. Sacra em̄ scriptura uia amantibus eā ad dei cognitio nē ostendit, omnemq; doctrinā incomparabiliter longe p̄cellit, qm̄ uera docet ac solida, ad aeternae felicitatis fruitionē in uitat̄ lectorem: mentē quoq; amatoris sui reuocat à terrenis, &

*Cōmendatio  
sacrae lectio-  
nis.*

tanto

tanto plus instruit ad scientiã, quanto fuerit studiosius in meditatione luminum. Non est in ea fastidium, usu placet, negligentia displicet, & quanto plus legitur, tanto amplius amatur. Duo sunt amatoribus preciosissima confert dona, quã & intellectum dulciter erudiendo illuminat, & abstractã à mundi vanitatibus mentẽ ardore diuini amoris super omnia suauiter inflammatur. Hanc diuus cõmendans Hieronymus ait. Pinguissimus est sermo diuinus, omnes in se habet delicias: nã quicquid boni uolueris ex ipso nascitur: sicut manna quã manducabas secundũ uniuscuiusque uoluntatem in ore sapiebat. Hinc sanctus pulchre  $\chi\rho\iota\sigma\tau\omicron\lambda\omicron\gamma$  Paulus diuinarum uolens exprimere laudinem scripturarum, suo Timotheo scribens discipulo inquit. Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iusticia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Est ergo sacrę scripturę effectus, ueritatem docere, falsitatem arguere, à malo eripere, ad bonum inducere, & mentem studiosi lectoris ad perfectum eleuare. Vnde merito scriptura diuina omnibus mundi scientiis est præferenda, quoniã quicquid boni continetur in singulis, uniuersaliter in ea totum commendatur. In ea namque totius philosophiæ habetur institutio, quoniam omnes omnium naturarum cause (ut facer inquit Augustinus) in Deo creatore sunt, cuius sancta cognitionem scriptura nobis promittit & astruit. In ea etiam Ethica superata conspicitur, quoniam bona uita & honesta, non aliunde formatur, quã cum ea quę diligenda sunt, à nobis diliguntur, Deus uidelicet & proximus. noster, quod uerè sola docet scriptura diuina. Hic Logica est, quoniam ueritas & lumen animę rationalis non nisi DEVS est,

2. Timo. 3.

- 22 quam ipsa nobis scriptura pronūciat sacra. Hic laudabilis R. et  
 23 pub. salus, hic principum leges & iura Nationum. Neq; enim  
 24 optime custoditur ciuitas, nisi fundamento & uinculo fidei, fir  
 25 mæq; concordia, cum bonum diligitur cōmune, summū atq;

Doctores  
 uerbi Dei  
 quāti sim fa-  
 ciendi.

26 uerissimum deus, quod sacra tantū nobis scriptura insinuat.  
 Cunctis ergo sunt præferendi doctoribus, & quarumlibet sci-  
 entiarum præponendi studiosis, uiri sacris cum pietate scriptu-  
 ris intenti, quoniam ut quidam ait:

Nil homini melius quàm si diuina legendo

Figat ibi mentem quò sibi uita uenit.

Est enim studium diuinarum scripturarum uia expedita,  
 pulchra & iucunda, quæ nos in cognitionem summi & incom-  
 mutabilis boni cum dulcedine introducit, quò cum mens ui-  
 ri studiosi peruenerit, læta exultans in Dño clamabit: Introdu-  
 xit me rex in cellam uinariam, ordinauit in me charitatē. Fœ-  
 lix illa conscientia, in qua præter amorem Christi, qui est sapi-  
 entia dei patris, castitas, patientia atq; iusticia, nullus alius uer-  
 fatur amor, nec ad infima se conuertit, sed cœlestia semper a-  
 nimo desyderanti suspirat. O mentem ter felicem quaterq; fe-  
 licissimam, quæ studio inflammata diuini amoris cū beatissi-  
 mo Christi martyre Ignatio dicere potest: Amor meus cruci  
 fixus est. O iugum sancti amoris quàm dulciter alligas Christi  
 aratro mentem humilem, q̄ gloriose trahis laqueatam, q̄ sua  
 uiter præmis, delectanter oneras, fortiter stringis, prudenter  
 erudis. Dulcedo tua nulli est cognita in experto, quoniā quid  
 sit amor nemo intelligit, qui semper desidiosus nunquam uera-  
 citer amauit. Amor dei fortissimus est ignis quem dominus Ie-  
 sus uenit mittere in terram, uoluitq; ut in cordibus suorum fi-  
 delium iugi charitate arderet, illuminaret, atq; consumeret.  
 Ignis iste diuini amoris mentem quā inhabitat iugi cœlestium  
 bonoꝝ

Cortico. 2.

Luce 10.

bonorum facit ardere defyderio, ipsamq; suauiter illuminans in omnē introducit ueritatē, consumensq; in ea fortiter omnia defyderia uanitatē, diuinorum facit participatione bonorum locupletem. Mentis amor rationalis Christus est, ideo quicūq; *Amor mēis* uult ueram dilectionē prægustare, Christum discat suauiter dili *Christus est.* gere. Est enim thesaurus indeficiens amor diuinus, quē qui habet diues est, quo quicūq; caret, etiam si omnibus mundi affluat diuitiis, reuera pauperrimus est iure dicendus. Quisquis enim Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota uirtute diligit, locum uiciis non relinquit, quoniā non intrat diabolus cum Deo plenus est animus. Nam sicut in sancto Euangelio Dominus significat, diabolus mentē uacantem defyderat, nudatam scopisq; mundatā perquirat. Vbi autē Deum adesse per amorē reperit, sub magna statim confusione recedit. Quemadmodū enim uisibilia rerum materialium uasa, cum aliquo liquore plena sunt, superuenientium augmēta non capiūt, ita nos diuina charitas si totos repleuerit, non erit quō crimen intrare possit. Amor uero Dei nunq̄ est ociosus, sicut dictum est, sed magna pro cultu & reuerētia operatur amati, semper uigilās, omniq; sollicitudine circumspectus, ne uel in paruo suum offendant dilectum, sed illius in omnibus se uoluntati conformans mente fax reuoluit mādata. Sic enim ait in Euāgelio Dominus Iesus: Si quis diligit me, sermōnes meos seruabit, & Pater meus diliget eum, ueniensq; ad eum, & mansionē apud eū faciemus. O mansio sancta, o uisitatio mentis dulcissima, in qua Deus omnipotēs creator omnium rerum incōprehensibilis dignatur iucundum celebrare cōuiuuium, ubi creatura suo factori per gratiā intimi amoris cōiūgitur, & omnes mūdānæ affectiones potenter extinguntur. Est ibi pax, pietas, bonitas, lux, uirtus, honestas, gaudia, leticia, dulcedo, uita perennis, gloria, laus,

Capit. 15.

requies, amor & concordia dulcis. Hic est fructus amicitiae nostrae parens reuerēde, ad cuius dulcissimam acquisitionem iugimeditatione suspirantes cum alacritate in uia mādatorum Dei ambulamus: & ne fastidium itineris incidamus nocium, semper nobis assit diuinarum cōsolatio scripturarum. Nam ut sanctus ad Romanos scribit *χρῆσιμολογ*: Quaecumq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Cum ergo studium sanctarum scripturarum iter nobis patet expeditum, securum atq; pulcherrimum ad Dei cognitionē, cognitio uero ducat animum per uiam spiritus sancti amoenissimam suauissimamq; ad amorem, & ex his duobus in mortali uita hac qua uiuimus obseruatio mandatorum Dei mentem feliciter occupet, cui post mortem carnis in illa cōlesti patria summi fruitio boni succedit sine fine mansura: illi felices censendi sunt, qui contemptis mundi uanitatibus, spretoq; doctrinis inutilibus & curiosis, huic sanctissimae philosophiae diuinarum traditionum se totos cum pura sobrietate manciparunt. In quorum te numero Friderice praeceptor doctissime, cū primis duxi locandum: quoniā sicut rosa inter spinas pulchritudine sua odorisq; fragrantia suauiter allicit legentem, ita tu inter multos nostrae huius tēpestatis genere & sanguine nobiles Ecclesiae Dei canonicos atq; praelatos, eruditione diuinarum scripturarū, continuoq; earundem studio, moribus quoq; sanctis & innocentia uitae rutilans chorufcas, meq; totum usq; adeo tibi deuinxisti, ut te amando colendoq; cessurus sim nemini. Vnde tibi persuadeas uelut, eum me esse, qui cōtrastrae inter nos amicitiae iura, & sanctissime colere & inuiolabili constantia illa seruare & nouerit & uelit. Nam si raritas precium rebus augeat, tanto mihi tu preciosior amicus amplectendus es, quāto inter nobiles

nobiles Christi ministros diuinis hodie scripturis operam nauates & rarus, & inter notos mihi charosq; pene unicus habetis & solus. Quam multi hodie (cum pudore & reuerentia dico) ex nobilibus inueniuntur non solum cathedralium, sed aliarum quoq; Ecclesiarum canonici atq; prælati, contemptores sacre lectionis, qui scientiam scripturarum propterea sibi existimant ignominiosam, quia non rusticorum procreati sanguine se nobiles gloriantur ignaros. Quanta infania mortalium pectora rotat? Si contemptus & ignorantia scripturarum nobiles faceret, iure tales dicerentur nobilissimi, quia minus quàm nihil intelligunt, cum & se nesciant & Deum ignorent. Sed nostri non est officii sapientiæ salutaris taxare oculos, propterea ualeant cæci, palpantes in tenebris, qui lucem scientiæ detestantur. Nos cœpto pergamus itinere studiū scripturarum, quatenus earū meditatione continua intellectus noster in cognitionem summæ ueritatis delectabiliter possit assurgere, & affectus in Dei amore iugiter ardere. Hæc enim uera est Christianorum amicitia, comuni studio Deum per fidem unum in substantia, & trinam in personis, iuxta sanctarum traditionem scripturarum, credere, ipsūque pari uoto, pari uirtute, pariq; consensu super omnia ueraciter amare. Ideoq; tu mihi Friderice parens amantissime præciosior chariorq; amic⁹, quoniā in me amādo nihil requiris terrenum, nihil uenaris caducum, diuinarum scripturarum studio dulciter ardes, ad Deum cognitione simul & desiderio amoris interni anhelas, propterea me habere cupis amicum, quem pari credis seruore inflammatū. Ego autē tamen tibi nulla sim parte comparādus, amatorem me tamē scripturarum sanctarū ingenue cōfiteor, comitemq; itineris polliceor. ad summi delectabilem cognitionē boni, in cuius amore fundata permaneat nostra inuiolabilis amicitia: semen bonorum

*Nobiles  
Sacerdotes  
sunt contemptores sacre  
scripturae.*

*Vera Christianorum  
amicitia.*

operum nūc terræ committēs puri cordis proprii, de quo fructum adsequamur æternæ fruitionis inter filios electionis Dei, Libellum sancti Ioseph, laudes nutritici Domini & Saluatoris nostri continentem, tuōq; nomini celeberrimo inscriptū, Deo auxiliante cōpleui, in quo cum mihi nonnulla magis elucidanda statuerim, necessario fuerit denuo rescribēdus, ut in manus tuas politioribus dignas, quoad fieri potest q̄ emēdatissimus perueniat. Interea patienter moram feras hanc rogo, donēc ædatur in lucem, quia patronū alium q̄ te patrem & dominū reuerendum neminem admissurus est. Hortaris tuas ædes iure amicitiae ingrediatur, quoties me Bambergam a cedere contigerit: oblationē hanc tuam libēter accepto, & ago gratias quantas possum ingentes, scīs te uerum & ex animo. fidelem amicum. Nisi enim tuum: præ cūstis delectaret amica præsentia, uerus certe nō esset amicus. Quis nō totus delectet esse secū? aut quis patiat̄ esse diuisus? Totus autē secū esse non potest, qui non uult esse cū amico. Interrogatus nāq; Aristoteles, quid esset amicitia, respōdit: Vna est anima in duobus corporibus cohabitās. Et quod alius pulchre quidem dixit de amico suo: Dimidium animæ meæ. Secum ergo est qui est cum amico. Et ego sentio dimidium animæ meæ esse in te amicorum cōstantissime, propter uim scilicet amoris, & ideo te corpore quidē absente nescio qd patior præsentē spiritu: quo fit ut me loquit̄: cum existimē, raptusq; amoris magnitudine finem nequeam inuenire uerborum. Vnde uim mihi facere compellor, ne modum excedat epistola. Tu literis parce p̄cor incultis, & si minus scripsi prudenter, amicitiae noueris imputandum, cuius impellente potentia me amor in te occupauit diuisum. Quoties enī cunq; amicum te cogito, dimidium me non totum penes me esse cognosco. Vale alter ego, tui memor & amans, quoniam ego.



ego mei sum memor & amator per amicitiaꝝ speculum in te.  
Iterum uale. Ex Herbipoli 12. die mensis Iulii Anno 1507.

REVERENDO IN CHRISTO PA  
tri Domino Ioanni Tritemio abbati monasterii S. Iacobi Her  
bipolensis, quondam uero Spanhemensi, præceptori suo co  
lendissimo, Ioannes de Vuœfbrouck, Serenissimi Re  
gis Castiliæ monetarius magniq; Telonei Brugis in  
Flandria magister Salutem.



Euere de pater, anni ferme quinq; iam elapsi sunt,  
q̄ cum tua paternitate ultimo in Spanheim fui cõ  
stitutus, & nihil postea certi audire uel percipere uf  
quam potui de eadem, quid ageret, aut quomodo ualeret. Ni  
hil enim audirem libentius, quam bonã ualitudinem tuam,  
felicem statum, prosperamq; in cunctis fortunam. Magna est  
nominis tui fama nobiscum, & in ore laudaris omnium docto  
rum uirorum, nobilium quoq; & magnatorum; & multi sunt  
in omni terra nostra, qui te uidere cupiunt; tuaq; optant eru  
ditione doceri: inter quos est unus uenerabilis decretorum do  
ctor, Nicolaus nomine de pulchro monte, homo uniuersali  
ter doctissimus in philosophia, in mathematica, in astrono  
mia, in medicinis, in cosmographia, in theologia quoq; & in  
cæteris scripturarum disciplinis multum excellenter peritus,  
qui fama nominis tui usq; adeo inflammatus est, ut neq; sum  
ptibus parcendũ duxerit, neq; periculis & laboribus terreret  
itineris longissimi, quo minus ad tuam uenire paternitatem  
quantotius possit. Commendaticijs ad tuam reuerentiam li  
teris à me petitis & acceptis, anno proxime præterito iter satis  
periculosum assumpsit ad te, propter inquietudinem Sycam  
brorum, uenitq; ad monasterium tuum Spanhemense uicissi

ma quarta die mensis Februarii. At tua reuerendissima paternitate non inuenta, cū tristitia magna reuersus est ad oppidū nostrę Brugense unde exierat, literis suis & meis in Spanheim apud priorē tuū relictis, tibi quā primū præsentandis ad manum. Hinc factum est, ut status & rerum tuarū ambo ignari uitam cum tædio multo agere cœperimus, & necessario ab inquisitione tui cessaremus. Ferebatur etenim istic tuā reuerendissimam paternitatem esse cū Marchione Brandenburgense in Marchia, sed de tuo ad monasterium reditu nihil certi audiuius. Tandem deo sic ordinante ex magistro Nicolao Belsio, quem optime nouit paternitas tua, canonico sancti Germani Traiectensi, in medicinis doctore, qui ueniens ex Italia tecum fuit Neometi, cognouimus te esse sanum & incolumē, rebusq; tuis bene prouisum, dimissaq; abbatia Spanhemensi ad Herbipolim te cōtulisse, & ibi in pace & tranquillitate philosophari, de quo tibi multum congratulamur, scientes q̄ ut tam in ocio minime sis acturus: quin potius more tuo semper aliquid scripturus, quod multis proficiat in salutem. Prædictus uero de pulchro monte Doctor Nicolaus, qui præ nimio tui desyderio uigilans te semper cogitat, & nocte somniat dormiens, nullam sibi requiem dare potest, donec suo tandem satisfaciatur instituto, quo te uidere cupit, & dulces tecum de uera scientia miscere sermones. Est enim uir tua allo cutioe non indignus, utpote doctus & multarū linguarum peritus: in multis quoq; expertus & rebus & gentium ritibus diuersarum. Bina uice Hierosolymis fuit, in Turcia diutius cōuersatus est, Venetijs quoq; Neapoli, Bononiæ, Parisiis, Oxoniæ, Salaminæ, in Hispania, & aliis multis locis amore sapientiæ scripturarum peregrinus extitit. Quatenus ergo tandem fati fieri sancto eius desyderio queat, reuerendissimam paternitatem tuam ambo

sumus

D. Nicolaus  
de pulchro  
monte.

simul diligentissime rogamus, ut nobis rescribas cum latore presentium, ubi & quando presentiam tuam possit conuenientius accedere, propterea quod multa habeat tecum loqui & conferre, quae literis nequeat demandare. Spero certe, quod eius conuersatio tibi non erit iniucunda. Vale praceptorum amantissime. Ex oppido Brugenſi in Flandria, 4. die mensis Martii. Anno incarnationis dominicae 1507.

IOAN. TRITE. AB. MONASTERII S. IACOBI in suburbio ciuitatis Herbipolensis, quondam uero Spanhemensis, Ioanni de Vuoestrouck magni Telonei Brugenſis magistro Salutem,



Icesima septima die mensis Maii Literas tuas amice charissime, simul & cuiusdam Nicolai de pulchro monte decretorum Doctoris per quendam iuuenem suscepimus, qui cum altera mox die abiturum necessario se diceret, breuius rescripsimus quam nostri fuerat institutum. Quod cum serenissimo Principe Domino Marchione Brandenburgensium nos fuisse commemorasti, uerum est, abbatiamque dimisisse Spanhemensem & assumpsisse aliam, qui retulit non errauit. Non sine causa factum est maxima, quam ut scias, quam potero breuiter his literis consignabo. Anno Christianorum quinto supra quingentesimum atque millesimum, prima die mensis Aprilis de monasterio meo Spanhemensi exiui, a Serenissimo Principe Palatino uocatus Heidelbergam, ubi me aliquandiu moram agente, quidam ex monachis meis coniunctis sibi quibusdam Cynonotis, quandam in me conspirationem ordinantes occultam, Ducem illum Ioannem, quem optime nouisti ab olim, mihi reddiderunt infensum, usque adeo, ut quosdam ex familia nostra, qui partibus fauere meis ui

debantur uinculis iuberet mancipari publicis, quasi malefactor  
res sceleratos. Hæc dum mihi nunciarentur absenti commo-  
tus temeritate facti, statueram non redire ad monasteriū, nisi  
tanti prius autores mali contumeliam satisfactione congrua  
expiaissent. Remansi ergo foris & maneo usq; in præsentem  
diem, nihil dubitans de iusticia Dei, quoniam in foueā cadent  
impīi quam fecerunt. Quintadecima igitur die mensis Octo-  
bris proxime præteriti, abbatiam hanc in qua nūc maneo ad-  
sumpsi, & Spanhemensem propter infidelitatem monacho-  
rum & ducem infensum uoluntate spontanea resignaui. Hic  
ergo nūc uiuo quamdiu uoluerit altissimus, mihi & scripturis  
uaco, semperq; ultimam uocationē quam effugere potest ne-  
mo pauidus expecto. Quod si bonus ille doctor tuus me acce-  
dere uoluerit, hic spero inueniet, nisi forsitan me interea oporteat  
aliquorsum declinare ad tempus uocatum ut olim. Scis  
enī quān̄ necessarium nobis sit principū qñq; obedire man-  
datis. Vale nostri memor & amans. Ex Herbipoli uicesima  
octaua die mensis Maii. Anno Christianorum 1507.

REVERENDISSIMO PATRI DOMINO  
Ioanni Tritemio abbati ædis S. Iacobi Herbipolis, uiro inter  
Germanos primario, Nicolaus Gerbellius Phorcensis  
salutem & sc̄licitatem æternam.



Utu quidē reuerendissime pater & abba integer  
rime, tuis tibi monumentis literariis laudem tantā  
apud posteros & gloriam ineluctabilem cōparaueris, ut nō tam  
humo humili, quā ipsi sub astris splendidantibus deambū-  
lare occipias: non tñ uiuidus hic ille ingenii tui uigor otio de-  
litescit, senio languet, uiribusue medullitus disciplinarū palæ-  
stra eneruatis fluctuat, debilitatur, aut alget, sed lucubrati-  
onibus diurnis elychniumq; redolentibus noui aliquid (si uera  
est fama)

est fama) excogitat, quod admirabimur, concupiscimus, sum  
 maq; ueneratiōe hilariter exosculemur. Gratulor mihi ipsi sã  
 piuscule reuerendissime pater, me felicissimo hoc sæculo pro  
 genitum, quo tot illustres uiri, nec ignobilis famã, in Germa  
 nia passim prodire, quos inter tu unus es, qui cum literis La  
 tinis & Hebræas & Græcas apud Germanos fecisti locupletio  
 res, inter quos tantum polles & enitescis, ut an cuiquãte com  
 parem, an præferam cunctis in triuio sim, fluctuémq; Chrema  
 tis instar Therentiani. Verum non incōsiderate dubito, cum  
 non triuium in te, sed disciplinarum omnium theatrum spa  
 ciosum, exuberans, nitidissimum cōspiciamus, non in te uirtu  
 tem unam aut tres, sed eas omneis tenaciter & agminatim coa  
 gulas perinde ac spectaculo decentissimo spectemus. Quibus  
 magnificenter & bellule exornatus multorum animos, plero  
 rūq; exercitationem literariã, omnium in te quoq; oculos plau  
 sibiliter cōuertisti, qui cœtatim te adamant, uicissim salutant,  
 acruatimq; inruentur. Quibus & ego quidem excitatus perni  
 citer accurro, amorémq; hunc, qui cum diutina euisceratione  
 præcordia nostra populabundus concremauit, hisce nostris li  
 teris qualibuscunq; significanter (ut arbitramur) cõsento, qui  
 bus me tibi coniuñctissimum fore existimo, cum non dedigna  
 ris imi etiam subsellii literatores familiariter in albo tuo cõscri  
 bere. Quòd si tuo tuorūmq; consortio adscribor, optime cum  
 Gerbellio actū esse asseueranter affirmo, siquidem non morta  
 lem me sed immortalitate donatum haud incuriose iudicatu  
 rus. Quod reliquū superest reuerendissime pater, quicquid id  
 est quod sub incude tua nunc elegãtissima frabrefit & bractea  
 tur, fac quæso ut & ego qui tuus sum, qui me totū tuæ sectæ con  
 secro, sciam: uel quod nouum hunc tuum consecrancum & mi  
 litem scire magnopere desyderas perscribere. Tuas enim literas

desyderanter expecto, quas, nimirum ea qua doctissimorum scripta ueneratiōe excipere solco, osculabūdus aeterna cedro, perpetuisq; hederis sempiternāq; blanditer exornabo. Vale te uerendissime pater, & me inter tuos dignanter adnumera. Ex Colonia quarto Idus Iunii, Anno Domini 1507.

IOANNES TRITE, ABBAS S. IACOBI  
Herbipolensis, quondam Spanhemensis, Nicolao Gerbel  
Iho Phorcenfi salutem.



Amdudum acceptis literis tuis Gerbelli optime, simul ac uotis respōdere ut par erat animo statui, quo confidētiae de me tuae nō frustrareris effectu, tātoq; fierēt amicitiae nostrae gratiores, quāto citi⁹ coaluissent. Quōd uero tātis per distuli, nō te p̄pterea uel neglectū existimare debetis à me, uel cōtemptū, dabisq; ultro neus tarditati ueniā, si periculaueris exanimsim in exputabiles hierodulorum occupationes. Oportebat etiā spontaneū adesse tabellariū, qui nostras ad te deferret literulas, ne petronibus traditae medio itinere periret. Oras in primis te nostris adscribamus amicis, rem certe nō difficilē postulans, quādo bonarū literarū studiosos omnes inter fratres nobis atq; charissimos habere semp fuerit iucū dissimū. Tenebriones uero & diuitiarū auarissimos incubones in amicitia nostri nunq; admittere consueuimus, propterea q; bonorū obnitētur studiis, & hiriire cōtra uiros doctos & eruditos semper ipsis sit familiare. Te autē studiose Gerbelli, quē ornatissimae tuae literae doctū & panaretū declarāt, in amicitia nostrā (tācti medioximi sumus) obuiis manibus libētē accipimus, si dēmq; & charitatē inuiolabili constātia pollicemur. Quāuis in nostri astimatione uehēmēter, fama deceptus, erraueris, quod pace tua dixerim, cū laudes tuae nostra procul nimis excedant merita; integritatē tamē animi erga nos tui qua decet beneuolentia

lencia acceptamus. Scio enim q̄ non imitaris uanissimos illos  
 palpones, qui cū laudare quēpiā uidētur decipiūt, cōficta men-  
 tientes præconia, propterea q̄ nō hominē ipsum, sed dona se-  
 quantur & munera. Tu etsi amore laudaueris, cuius iudicia cæ-  
 ca, famæ credidisti fallaci, longe tamē defuit mētendi animus  
 ac decipiendi uoluntas. Sed cōtueare si literarum tuarū uerax  
 hendisse intelligas. Intemerata sunt ueritatis testimonia, quia  
 rem satis enodem & manifestā mēte concepisti, ut menceps ha-  
 beatur potius q̄ sani capitis, qui clarissimorum in palestra lite-  
 raria hominum negauerit amicitiam esse immortalē. Omnia  
 enim gloriose facta priorū, cum suis iamdudum interissent au-  
 thoribus, si monumētis non fuissent amicorū scribentium im-  
 mortalitati donata. Quocirca felices illos iudicauit antiqui-  
 tas, qui ingenio, sapiētia, uel fortitudine memoratu digna fa-  
 cientes ea incidissent tempora, quibus copia esset eruditissi-  
 morum clarissimorumq̄ uirorum, quorum amicitia perurgē-  
 te quicquid uideretur laudandum, literarum firmamento reci-  
 peret immortalitatem. Recte igitur amicitia clarorum & in re-  
 literaria nominatissimorum hominum immortalitatem tibi  
 polliceris: quoniam sicut astra cœli choruscantibus radiis mi-  
 cuit illuminata per statorum in circuitu solem, ita quicunq̄ il-  
 lustrioribus in scriptura uiris per amicitiam coniuncti sunt, im-  
 mortalitatis lumine frequenter apud posteritatem illustrati  
 permanent gloriosi. Ad amicos docti bona & honesta scripti-  
 tant omnes, eorūque & nomen & famam immortalia facere  
 non secus ac seipos apud omnem posteritatem consueuerūt.  
 Inimicum uero & in obscuro latitantem, nemo unquam scri-  
 ptis immortalitati donauit. Ego autem mi Gerbelli, tamet  
 si nec eruditum me sciam nec immortalitatis largitorem, sed

*Amicitia do-  
 ctorū uirorū  
 immortalita-  
 te constat.*

*Similitudo  
 elegans.*

*Liber de nu-  
tritio Christi  
Iosepho  
Opus Ana-  
nalium.  
Opus magnū  
de demo-  
nibus.  
Opus Stega-  
nographiæ.*

medioxime studiosum, pro uiribus tamen curabo, ne te inisse nobiscum amicitiam pœniteat. Quid incude iam fabrefiat sub nostra tibi padamus efflagitas. Rurestrem tractamus camœnā, nostrōq; musam proposito cōuenientem quantum reiectanea permittunt intercinimus. De sancto Christotrepho Ioseph Ii-  
brum mediocre absoluiimus. Nepiachum quoq; Annalium nostrorū ab hora natiuitatis in hunc diem perduximus. Opus magnum librorum duodecim de demonibus ad preces amicorum inchoauimus, in quo decreuimus omnes magorum pphanas destruere artes in genere simul & in specie, earūq; causas, inuētores, libros, modos, & deceptiones nominatim & pprie taxare. Inter hæc quoq; nouo inuēto Steganographiæ nauamus operā, quod in lucē ædere necdū pollicemur, nebulo-  
nū malignitate deterriti. Dicebat quidā: Qui facit quod nemo miratur omnes, iam uero dicēdum. Qui facit nouū, detra-  
hunt omnes. Maneat ergo sepultum, quod tēpore incongruo culpatur repertū. Vale & nos ama. Ex Herbioli decima sexta die mensis Iulii. Anno Christianorum 1507.

IOAN. TRIT. ABBAS S. IACOBI HER-  
bipolensis, quōdam Spanhemensis, Conrado Celti Pro-  
tutio poëtæ laureato fratri & amico  
charissimosalutem.



Peraueram frater ex Augustuburgio te uenturum ad nos, quo tibi omnē rerum mearum historiā enodassem, ne tu aut falsa pro ueris admiseris de nobis, aut fortunarum amici uideare ignarus. Quoniam uero iter tuum deflexisti rursus in Austriam, literis id facere quod uerbis para-  
ueram cōpulsus sum. Proinde satis oportune mihi nepes iste tuus ex sorore Nicolaus Vuilandt occurrit, per quem eorum que circa me transacta sunt noticiam adsequaris. Anno Chri-  
stianorum



*Bellum Boud  
ricum Anno  
1504.*

ftianorum quarto & quingentesimo supra millesimum, Rex noster serenissimus Romanorum Maximilianus, auxilio multorum principum, rebus bellum atrocissimum indixit Palatinis, ingressiq; (Rhenus apud Moguntiam tra missus) Nagaium Hassones cum Vuedresis, omnia circa Alcennam Gaii oppidum & Stauronesum sub ditione Palatini & ducis Cynonotorum inuenta rapuerunt, ecclesiis, castellis, & uiculis, nisi redimerentur auro multo, incensis atq; destructis. Vnus oim in principem clementissimum Palatinū furor & incredibilis hirritus, qui nomen & memoriam eius inferni tenebris operite putabant. Hassonum metu, & eorum qui nobiserant uicini Melantagorum pauore ac minis exterritus, monasteriū meū, quod imperio ipsius Palatini ac ducis Cynonotorum æqua subiacet potestate, exire compulsus sum, propterea q̄ Alexander filius Melantagi, qui iam diu uiræ munia peregit, datis iam tum Hassonibus dextris auxilia ferret, cuncta deuastans Palatinensium rura, nec ætati parceret nec religioni, mihiq; in primis odio Illustrissimi principis Comitis Budoriani exalibitationes pararat. Stauronesum ergo me cõtuli, ubi duabus & uiginti hebdomadibus remansi, eatenus namq; furor & insania Spaticorum durauit Hassonum. Interea dum hæc agerentur, duo ex monachis meis, Melantius Remitius Prior, & Pingionita Ioannes, cum petronibus donatis nonnullis, Cynonotorum fauere partibus iam dudum assueti, primum occulto, ac demū recluso me odio pulsare occæperunt. Ducem in primis Transylvanū, qui Cynonotis rurestribus imperat, mihi reddiderunt infensum, multa confingentes, quorum excipiū in summa, q̄ me Palatinis rebus optime semper doluere fauentem. Reliqua uero excogitata & ementita fuerunt omnia. An

gentesimum atq; millesimum, prima die mensis Aprilis Budorim accitus mandato principis me contuli, ratione monasterii Lympurgensis per nefandos Palatini hostes funditus exusti, ubi me aliquandiu necessario existente, Cynonoti iussu Ducis inuasere cœnobium, captisq; è familia quibusdam in odiũ mei, ecclesiasticam libertatem ausu temerario uiolarunt. Hæc cum mihi Budorim denunciata fuissent, satis profecto displicuerunt, habitoq; amicorum consilio reditum ad cœnobium meum differre statui, donec malefactionis tantæ condigna sequeretur expiatio. Mansi ergo Budoris & Neometis mensibus tribus usq; ad conuentum principum cum maiestate Regia apud Coloniam Agrippinam, quò per Ioachim Marchionem Brandenburgensem Principem Electorem ad caput Iulii euocatus descendi, remoratus & ibi hebdomadibus quinq;. Inde uero ad ipsius Illustrissimi principis instantiam Marchiam post eum intraui. Reuersus tandem post nouem menses in patriam, manifeste cognoui omnium malorum auctores memoratos extitisse monachos, unã cum Moguntino abbate, qui non satis bene rebus fauebant meis, propterea quòd sunt literarum cfores, & sanctarum scripturarum penitus ignari. Intellegens itaq; non satis mihi fore tutum, conuersari iam deinceps cum æmulis & nebulonibus Cynonotis, ad alia me transferre loca tutiora decreui. Abbatiam ergo istam sancti Iacobi Herbipolensem, oblatam mihi per Dominum Laurentium Reuerendissimum præsulem, quintadecima die mensis nouissimi Octobris pauper pauperem accepi, & postea Spanhemensem cum suis ingratisimis monachis uoluntate spontanea resignaui. Valeant nunc tenebriones & æmuli, quibus studia nostra sancta non placuerunt, & nos cum Psalmista læti cantabimus: Laqueus inutilium occupationum contritus est, & nos libe

nos liberati sumus. Neq; enim facti me pœnitet, quia locum a deptus quietum, iam primū mihi uideor philosophandi nancisci exordium. Bibliothecam integram dimisi in Spanheim, cuius non magnifacio iacturam, cum iam tandē sine illa philosophari magna ex parte didicerim. Prouisurus mihi uitæ necessaria quo ad uiuerem Illustrissimus Princeps fuerat Palatinus, nec minus præfatus Marchio Brandenburgensis si uoluissē, sed conuersari inter aulicos palpones mihi non placuit. Elegi proinde pauper habitare in cœnobio, magis q̄ diues conuersari præter monasticā regulam in sæculo. Habes nunc amantissime frater calamitatis meæ historiā in summario conscriptam, cuius lectione agnoscas hominibus nō temere fidendum. Hæc mihi fecerunt qui uidebantur amici: in patrem hæc filii perpetrarunt. Sed uereor ne malum quod mihi paraerunt, ipsis occurrat in foribus, cadantq; in foueam quam fecerunt. Abbatiam uero meam Spanhemensem Prior Melantius adeptus est, in qua sine dubio iniuriarum mihi factarum partem recepturus, quā merito suo præparauit. Vigilius noster, Mœcenas philosophorum, canonicatum Vuormatiensem obtinuit, sed clero nondum ad ciuitatem reuerso Budorise cōtinet. Vale ac sæpius ad me da literas. Iterum uale. Ex Herbi poli prima die mensis Iulii. Anno Christianorum 1507.

**R E V E R E N D O I N C H R I S T O P A**  
tri Domino Ioanni Tritemio, abbati sancti Iacobi Herbipolensi maiori & amico suo præcipuo, Bilibaldus Pyrckēheimer salutem plurimam dicit.

**B**inas te, pater reuerēde ac obseruandis, accepi lras qbus huc usq; nil respondi, cū negociis tū absentia mea impedit. Mādatoꝝ tū tuorū memor cū nup Augustā uenissē, tuas ultimas Celti nostro legēdas tradidi. Ille uero, ut tui studiosus est, q̄ plurib⁹ aliis eas monstrauit, qui cēs



IOANNES TRITEMIVS ABBAS MO-  
nasterii sancti Iacobi in suburbio ciuitatis Herbipolésis,  
Bilbaldo Pyrckenheymer Nurenbergensium  
Senatori atq; patritio Salutem.



Iteras tuas Bilbalde mi magnifice, consolatione ac  
eruditiõe plenas, nõ sine magna animi uoluptate læ-  
pius relegere mihi fuit dulcissimum, in quibus & tuã

*παραμυθία*, & amicorum planè intellexi communem atq; syn-  
ceram erga me compassioné. Tibi ergo in primis Clarissime  
uir, nec minus amicis omnibus, gratias habeo & ago immorta-  
les, & si qua mihi dabitur referèdi facultas uoluntarium me pa-  
ratissimúmq; exhibere curabo. Ego tuam admonitionem li-  
benter amplector, qua me ad tolerantiam pulchre ac modestif-  
sime hortaris. Omnia in me citra demeritum patrata iam ante  
hac Deo cõmisi, neq; uindictam quærere statui, sciens ὅτι συγ-  
γνώσκει πρὸς τινὰ χρόνον ὁ συγγνώμων Θεὸς, οὐμὴν αἰεὶ. οὐδὲ μίαν  
ἐλάττωσιν ἢ ἐπιτομήν πρὸς τινὰ ἢ χερσὶ κείσθαι. Quam serui-  
erim ingratis monachis, exbalistatus iam satis mihi uideor ex-  
pertus. ἀλλὰ μὴ δίκαιος ὁ Θεὸς οὐδέ τις ἀμάρτημα μᾶλλον κο-  
λάζει ἢ μισῆ, ἢ τινὰ ἀχρεσίαν αὐτῆν. Nam etsi noueram opti-  
me dictum à sapientibus: quoniã τῶν πάντων ὄσι πραγμάτων ἀλ-  
λοίωσις καὶ μεταβολή, ignarus tamen futurorũ cum Isocrate: <sup>cc</sup>  
πάν μὲλλον ἀόρατον, semper meliora sperabam, donec subito: <sup>cc</sup>  
scire cõpulsus sum experientia docente: quoniam οὐδὲν βέβαιον <sup>cc</sup>  
ἐν ἀνθρώποις. Vnde & pulchre dixit Hildebertus Gallorum Thu-  
ronis Archiepiscopus.

Cuncta sub ancipiti pendent mortalia casu <sup>cc</sup>

Et spondent propria mobilitate fugam. <sup>cc</sup>

Quicquid habes hodie, cras te fortasse relinquet, <sup>cc</sup>

Aut modo dum loqueris desinit esse tuum. <sup>cc</sup>

2. Timot. 3.

Sed est prouidentia sempiterna in cœlis, cui omnia subiciuntur inferiora, quæ iusto rectoque iudicio moderatur uniuersa, quam laudare, benedicere, & glorificare semper & ubique debemus, ab ipsa creati, saluari, & beatificandi, non minus in aduersis quàm in prosperis atq; secundis ex purissimis mentibus gratias agentes. Est enim mihi salutis argumētum & spes non modica superuenturæ miserationis Dei, insignem prauorum præcessisse persecutionem, sancto dicente *χριστοφιλω*: Quoniam omnes qui pie uiuere cupiūt in Christo persecutionem patientur. Celsi finibus malorum, ne mihi relinquere tur occasio uindicandi, neue irritum audire diutius me contingeret tenebrionum, quibus nihil eruditione grauius, nihil dulcius ignauiā, nihil familiarius esse quàm inuidia consuevit. Valeant in melius commutandi cum ille uoluerit, qui iudex est omnium, in cuius arbitrio illatas mihi contumelias collocaui. Conditionem per Celtem & Peutingerum mihi propositam, ut literæ tuæ significabāt, cum sim monachus & regularis disciplinæ professor non conuenit acceptare, maxime autem propterea, ne dominū Reuerendissimum episcopū meū Herbipolensem eiusque de me expectationē, fidem, & cōfidentiam uiderer decepisse. Præfecit enim me pauperi huic monasterio, spem de me gerens singularem, gratiosè prosequitur, & clementissime fouet. Oportet me tanti principis non esse ingratum beneficiis: nec decet meam religionem extra cœnobium in urbibus habere domicilium. Nam si principum uiuere stipendiis uoluissē, non utique conuersari istic in paupertate fuisset necessarium. Plures enim sunt qui larga me prouisione susciperent cum honore procurandum. Sed nūquam induci poteram, ut aulicis me palponibus paterer coniūgi, uentante id non minus philosophia quàm religione, quam in  
*numulta*

tumultu aulico illaefam conseruare nescio si quis potuerit unquam. Ad literas natus sum, quarum frequens studium tumultus horret aulicos: solitudinem diligit, & publicum detestatur in urbe confessum. Inops rerum & pauper hic uiuo, diuitias qui nunquam amaui, sciens prudenter Senecam praemonuisse discipulum: quoniam studiis & diuitiis pariter uacare non possit. Et scriptum esse in Euangelio: οὐ δύνασθε θεῷ Ἰησοῦν ἢ μαμωνᾶ: non potestis Deo seruire atq; diuitiis. Pulchrum est illud distichon, quod Theognis poeta cecinit.

οὐκ ἐθέλω πλεῖστον, οὐκ εὐχομαι, ἀλλὰ μοι εἶς

ἦν ἂν ὁ πῶρ ὁ λίτρον κηδὲν ἔχον πικρόν.

Conditione igitur & sorte mea contentus diuitias non quaero: seruire principibus sicuti proposito meo est contrarium, ita nunquam placuit uoluntati: habens iuxta sententiam diui Christophili Pauli uictum & amictum, his uolo esse contentus. Gratias tamen ago uiris illis amicis Celti & Peutingero quantas possum ingentes, qui pro me curam habentes meae consulere paupertati & desolationi non contemnunt. Reddat illis omnipotens Deus gratiam & misericordiam in tempore oportuno, quoniam me pauperem non despexerunt amicum. Tibi quoque uir magnifice gratias habeo immortalis pro tua in me humanitate, beneuolentia, & charitate, qui nullius apud te sum meriti, neque ad referendas gratias idoneus. Quicquid tamen sum, quicquid possum & ualeo, id omne tuo imperio semper debet esse subiectum. Amicis munificentissimisq; uiris Peutingero & Celti rescripturus meo nomine gratias ago. Vale ex Herbipoli decima octaua die mensis Iulii. Anno Christianorum millesimo quingentesimo septimo.

## EPISTOLAE FAMILIARES. 284

IOANNES TRITEMIVS ABBAS COE-  
nobii sancti Iacobi in suburbio Herbipolensi Georgio  
de Rotenburgio medicinæ doctore clariss. S.



VM anno proxime tráfacto de Marchia Branden-  
burgéfi reuersurus ad Rhenú iter meú per Erpfur-  
diam direxissém, inquisitionem tui uir clarissime fe-  
ci diligentissimam, cupiés te uidere & alloqui, ob ueterem nó-  
ticiá & charitaté, memor beneuolétia & humanitatis tuæ mihi  
quondá in móte diui Petri per te filiosq; tuos, magni adolescen-  
tes ingenii, corátota cōgregatione patrú honoriféciter exhibi-  
tae, pro qua tibi grat<sup>9</sup> sum quá diu memoré di mihi uirtus affue-  
rit. Quæsiui auté & nó inueni, qm̄ in ciuitate nó eras. Triduo igít  
cum desyderio tuú præstolatus aduentú, cū uenires minime,  
tristis abcessi. Magno enim tui tenebar desyderio. Et sæpiuscu-  
le quidé dare literas ad te uolui, sed cert<sup>9</sup> & fidelis semper mihi  
desiuit, qui eas perferret tabellarius. Hodie tandem uolente Do-  
mino Iesu Iator istarum presbyter & gymnosophista Erpfur-  
diensis oportunesat. s. occurrit, per quem satisfacerem desyde-  
rio meo. Itaq; inexputabiles tibi scribo salutes, amorem erga te  
meum tibi ut possum significo, firmamq; & esse & permanere  
perpetuo uetere amicitiam nostram concupisco. Quod super-  
est rerum nostrarú infortunium ac mutationem infirmi status  
nostrí, & quæcúq; nobis obuiauerút aduersa, te credimus ex ab-  
bate sancti Petri cognouisse. Contumeliam & grauem iniuriá  
passus sum à monachis meis in Spanheim, & quibusdam nebu-  
lonibus adhærentibus illis, quibus adeo in displicentiá & loci  
& gentis prouocatus est animus, ut in nauseam procederet in-  
dignatio: ex illáq; deinceps horror mihi cenobii mei nascere-  
tur, qui in tátum cum tēpore præualuit, ut mihi tandé omnino  
persuaserit monachos ingratos deserere, & mihi ubicunq; po-  
tuissém



tuiffem cum honeftate prouidere. Interea offertur mihi à Reuerendiſſimo patre Domino Laurentio Epifcopo Herbipolenſi, abbatia S. Iacobi pauperrima, ſed quieta, ſtudiuſq; meis ſatis conueniens & cōgrua, quam pacis & tranquillitatis amore ſuſcipiens, Spanhemenfem cū Spaticis perſecutoribus ſpontanea uoluntate reſignauī. Annis tribus & uiginti maximos in abbatia Spanhemenſi labores pertuli, pro quibus inuidiā recipiamuloꝝ, quoꝝ cedere temeritati ſatius duxi, q̄ ex cohabitatioe cōtinua pnicioſam tolerare ueſaniā. Duorū milū reliqui uolumina, uctuſta, percioſa, atq; rariſſima, quæ ſtudio incredibili & amore ad Spanheim ego comportauī in tempore præſentia meæ nō ſine impenſis & laboribus multis, in omni uarietate ſcripturarum, ſcripta cōplura, impreſſa etiam multa, Græcā, Latina, ſimul atq; Hebraica, quorum ante me ibi nullum fuit. Fractum animum fateor meum, tantam librorum ſupelleſtilem monachis indoctis ex aſſe contigiſſe & ingratu, quem totū redderem ſibi mortis me oportebat reuocare imaginem. Cœpi experientiam mortis in uita, & neceſſarium cū uoluntario quadam arte pigmentaria contemperauī, ut alterum in alterius tranſiret naturam. Paulatim itaq; cœpit quaſi menceps deſerueſcere dolor, raptuſq; ad præſentia, dicere cū ſancto Hiob: Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, nudis que reuertar in terrā unde progenitus ſum. Et illud Diui Chriſtophili Pauli: Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid poſſumus. Præcipuum ergo inter omnia quæ huius mundi ſunt, quo propter ultimum ſinem delectari ſolebam ipſa bibliotheca fuit, quā pacis amore contentere quidem neceſſariū fuit, animo licet amara ſeparatio, qui ſcripturarum in rebus aduerſis familiari conſolatione uti conſueuit, Euici tamen auxilio Dei hanc mentis intolerantiam,

Cap. 10

1. Timo. 6.

faciens de necessitate uirtutem, ut summo liberius intenderem bono, quod nemo recte cum socio amauerit unquam. Lator sane inutilibus me curis terrenarum occupationū in uita tandem exemptum, quo mihi deinceps liceat quietius sub tranquillitate philosophari. Consilium diui Ambrosii libenter secutus sum dicentis: Melius est emigrare cum gratia, quàm cum iurgio residere. Locus autem in quo maneo exilis & pauperrimus est, in aedificiis quoq; & structuris magna est parte ruinosus. Sed uerbum me consolatur uiri sapientis qui dicit: quoniam melius est parū cum iusticia q̄ multi fructus cum iniquitate. Diuitias enim sicut non habui, ita nunquam amaui: mediocritate contentus sum: omne extremū excedens atq; duritia plenum. Sed de his satis. Scire quàm maxime cupio quomodo ualeas, quid agant ingeniosi filii, quos ante plures annos cum adhuc essent adolescentuli perorantes audiui, quos usq; discendo profecerint, & quid in Athenæo profiteantur. Existimo enim ætate illos euasisse doctissimos, qui in puercia adhuc ingenio tam mirando floruerunt. Ad tuas proculdubio laudes eruditio filiorum accedit, qui uirtutibus illos instituisse auitis, patris optimi in moribus, & præceptoris eruditissimi in doctrinis & philosophia functus officio. Deus omnipotens per suam clementissimam pietatem in filiorum tuorum sapientia, prosperitate & incolumitate, iucundum te facere atq; felicem conseruare dignetur in æuum, memorem nostri. Ex Herbipoli 20. Iulii. Anno Christi 1507.

IOANNES TRITEMIUS ABBAS S. IACO  
bi apostoli maioris in suburbio ciuitatis Herbipolensis,  
Ioanni Gotfridi Mandalensis ecclesiæ uigilan-  
tissimo pastori salutem & charitatem.

Quætiescung;

Proverb. 15.



Votiescunq; mihi præbatur occasio, me continere si-  
 cut nõ debeo, ita nec possum, quo minus scribam  
 ad te amicum mihi uere charissimum, certiozem te  
 facturum conditionum mearum. Dulcissimum plane mihi est  
 & tuas crebro uidere literas, & meas frequētius dare ad te. Red-  
 didit mihi nup̄er epistolam tuam magister Iacobus Tritemius  
 frater meus, cū à Treuiri per Spanheim iter dirigeret ad nos,  
 in qua me procul deploras absentem, teq; uehementer prote-  
 statis afflictum in animo tuo, propterea quòd abbatia Spanhe-  
 mensi prorsus renunciaui. Nec te solum pro mea resignatione  
 turbatum asseris & mente deiectum, sed omnes quoq; in circui-  
 tu sacerdotes lamentabiliter contristatos, quòd locum dese-  
 rui meum, & in exteris discessi natiões. Factum est matura cõ-  
 sultatione amicorum, neq; enim me pœnitet, neq; si pœnite-  
 ret poterit reuocari. Gratias tibi ago, cunctis quoq; amicis, qui  
 meas doletis iniurias. Non me mouebit pœnitentia Ducis,  
 nec propterea pœnitebit Spanhemensi renunciauisse cœno-  
 bio, si ille forsitan optaret non intulisse contumeliam. Satius  
 enim mihi est uitam in pæe mentis agere, quàm sub captiuo  
 principe continuis turbationum fluctibus agitari. Neque  
 huius assumpti per me cœnobii paupertatem ualde ponde-  
 ro, qui & in Spanheim me pauperrimum semper uixisse scio.  
 Veruntamen quantum ad mediocritatem omnibus neces-  
 sariis corpori, tam pro me quàm pro his qui uersant mecum  
 sufficienter prouisus sum, & amplius non requiro. Nemo enī  
 tam facile contemnere diuitias potest, q̄ is qui semper in me-  
 diocritate uixit. Mihi quidē ut Christiano philosopho simul  
 & monacho ditissimus est animus, qui semper fui mea sorte  
 contentus, & nunquam diuitias non habitas aut amaui, aut  
 habere concupiui. Quòd amuli mei me post discessum a

Spanheim, Episcopis & Principibus arbitrantur ignotum, nihil pendo, nec opus est illos nostras si quæ fuerint secundas nosse fortunas, ne maiore ob inde tabescant inuidia. Tu uero qui paci & tranquillitati congaudere soles amici, quæ aliter res se habeant nostræ ab æmuloꝝ iudicio, relatione huius fratris, qui has literulas tibi tradidit meas, plenissime intelliges. Non enim curandi sunt æmuli, nec inuidia illorum reſtitutionem animi mei commouebit. Quod officiales principum & in circuitu uicini, monachos propter me detestantur Spanhemenses, sicuti nihil mihi conducit ita nec placet. Satis enim intelligo hanc hominum auersionem non mediocriter pauperi nocituram cœnobio, cuius inopiæ maxime compatiar, & Deum oro continue, ut ei clementer prouidere in suis necessitatibus dignetur. Te etiam, quoniam uicinus es loco, qua possum charitate moneo, rogo & exhortor, quatenus non magni pendas iniurias filiorum, quas patri intulere non merenti, sed locum potius Deo & sancto dicatum Martino adtende, & quoties uideris illos inopia deprimi, quantum poteris auxilium Dei amore importare non negligas. Satis enim afflicti sunt, & graues temeritatis suæ pœnas dederunt. Abbas institutus est qui abbatiam cõcupiuit, qui resignationis meæ causa non ultima fuit, cuius ordinationem nõ omnibus placuisse audiui. Timeo autem uehementer, det omnipotens ut frustra, quoniam sicuti me pastorem & abbatem suum in occulto persecutus est, ita permitte Deo qui iustus est, ipse quandoq; à suis subditis manifestam persecutionem patietur. Omnia quæ circa me geruntur, ex latioris relatione si uoueris per amplius intelliges. Vale memor nostri in tuis ad Deum orationibus. Ex Herbipoli uicesima septima die mensis Iulii. Anno Christianorum millesimo quingentesimo septimo.

Ioannes Trite.

IOAN. TRIT. ABBAS MONASTERII  
 diui Iacobi Herbipolensis, Iacobo Vuimpfelingo Sele-  
 stadiensi amico unico atq; charissimo Salutem.




Iteras ex Argentina quas duodecima die mensis Iu-  
 lii emisisti ad me, eiusdem die uicesima secunda rece-  
 pi. Eas uero quas te ante hac dedisse scribis, necdū  
 in noticiā mihi peruenerūt. Detulit mihi destinatum à te libel-  
 lum, sancto abbati Bernardo inscriptū super septem poeniten-  
 tiales Psalmos, Dominus Gaspar episcopus Bethleēmitanus,  
 Reuerendissimi præsulis nostri generalis in pontificalibus ui-  
 carius. Is autē qui mihi literas tuas exhibuit memoratas, simul  
 tuo nomine tradidit libellos duos Argentinæ nuper impres-  
 sos, alterū Vuilhelmi episcopi Parisiensis de collatione & plu-  
 ralitate beneficiorū : Alterum Alberti Magni Ratisponensis  
 episcopi de feruore charitatis, quos me animo suscepisse gratif-  
 simo non dubitaueris. Tribulationibus quas pateris ex corde  
 fidelissimo cōpatior, & si quid me posse pro tua pace existimas,  
 facciam, moxq; paratum ad omnia inuenies. Confide in Do-  
 mino Iesu, & ambula firmiter in uia ueritatis, & ipsa ueritas te li-  
 berabit. Vnū hoc solum te moneo, prōptulus ne sis in antea  
 negociis & rebus te occupare claustraliū: quia quod extra te ac  
 conditionē status tui, nihil ad te. Quid enim ad te Augustinus  
 cucullatus fuerit an rogatus? Scripsisti in libello illo tuo de in-  
 tegritate, Bedam nō fuisse monachum & plarosq; alios, quos  
 ego inter monachos cōputauerim in libro de scriptoribus Ec-  
 clesiasticis, quod nisi mihi deferres amico te facile probaturum  
 polliceris. Congrediamur inter nos si placet: quos ego mona-  
 chos scripsi & Bedam maxime, tu monachos non extitisse mi-  
 nime docebis. Videris mihi nō satis transacti tēporis perillustras-  
 se historias, qui Bedam fuisse monachū ignoras. Sed ego tibi

parcédum duxi, quæ fratrum eremitarum S. Augustini uexationibus plus quàm fatis tribulatum intelligo. Scire uis à me an tibi locus esse possit cum successore meo in Spanheim, & quis ipse sit, quoniam penitus fugere consortia hominum uelis mundanorum. Mihi quidè in abbacia Spanhemensi Prior què nouisti successit, pars nõ modica, licet occulta, persecutionis meæ. Vereor autem te apud illum manendi locum non esse habiturum, propterea quod princeps Cynonotorum uiris parum inclinatur literarũ studiosis, quod experieris si illò pergas. Mecũ autè uiuere cupientem te non penitus aspernor, sed hoc suadeo primum, ut exploraturus gentem & locum ipse uenias, & si res tibi fuerit animo, qua cõditione consequaris effectum consilio tractabimus. Ego enim quicquid possum, amore tui libentissime facturus sum. Est mihi ex nobis lulum pauper & exiguũ, sed quicquid & philosophantis fatis accõme dum, sola me penuria molestat librorum, quibus ut nosti in Spanheim eram ditissimus: Vale mi Iacobe, cùmque me esse tibi persuade, qui te deserturus sum nunquam. Ex monasterio meo iuxta Herbipolim uicesima septima die mensis Iulii. Anno Christianorum 1507

IOAN. TRITE. AB. MONASTERII DIVI

Iacobi in suburbio ciuitatis Herbipolensis, amanti. con  
fratri suo Simoni abbati monasterii Lacensis S.

 Vid est confrater & amice charissime, quod miraris me abbatiam resignasse Spanhemensem, in qua me clarum dicis insignemque extitisse, & multis beatũ amicis? Mirare potius quod tanto tempore fraudes & insolentias potul sufferre monachorum, Cynonotorumque dissimulare quasi, nefcirem, insidias. In quartum & uicesimũ annum Spanhemensi monasterio in multis laboribus & paupertate nõ modica præfui, cùmque structuris, libris, ornamentis, & multis necessariis rebus,

bus, ut tatemetipse uidisti, illud tandem pulchre ornauissem, & in bonū statum rerū tēporalium reduxissem, bello Imperii superueniente aduersus Illustrissimū principē Philippū Comitem Palatinū Rheni Bauariæq; ducē, ac principē Electorē, sub cui⁹ defensione monasteriū dignoscis esse constitutū, grauē possessionē, rerūq; suarū ab hostib⁹ iasturā sustinuit. Erāt inter Cynos notos qui me rebus Palatini iustissima ratione fauentē iniuste persequerentur, primū quidē occulte, potētia benignissimi principis metuētes, quē tandē bello Regis imperio deferuescente humiliatū exhaustūq; uiribus arbitrātes, aperto in me odio saxi re coeperūt, potioribus ex monachis meis cōsentiētibus. Quæ & quantā tum in me excogitauerint mēdacia, tempus iam partim in lucem dedit, reliquum non dubium quantotius dabit. Sed causa principalis omnium in me malorum hæc unica fuit, quia principem clementissimū, quem ut debui semper amari, æmuli mei odio habebāt occulto. Nec soli Cynos notorum quidam, sed fratres quoque mei pene omnes unā cum abbate ac monachis cœnobii belli mōtani uniuersis. Ego autem uidens contra me præualuisse improbos locum mutaui, acceptaq; abbatia, in qua nūc dego cum pace, Spanheim simul & ingratisimis monachis renūciaui. Et forsitan ita Deo placuit omnipotētī, cuius, ut diuus ait Hieronymus in Ezechielē, prouidētia omnia gubernātur, & aduersitas nobis ab eo dispēsata, quæ putat pœna, medicina est. Quantis subiciantur miseris claustralium pastores, quātisq; pulsent incōmodis, quotidianā tumet experiris instantia. Omnia patienter eatenus pro Dei amore sustinēda censebā. Subintrāte autē meorū prodicione in me, fuerat iam deinceps omnino sine fructu patiētia. Sanctū igitur Benedictū ducē monachorū sequutus, monachos, quos in duratos pmouere ad saniora nō potui, pacis amator deserui,

Vale sanus mente & corpore felix orans pro me. Ex Herbipoli uicesima octaua die mensis Iulii. Anno Christianorum millecimo quingentesimo septimo.

IOANNES TRITEMIVS ABBAS DIVI Iacobi in suburbio Herbipolensi Rogerio Venray Sycambro salutem & synceram in domino charitatem.



Rima die mensis Augusti literas tuas ad me datas ut apparebat in subscriptione Calédis Maii per incertum nūcium accepi, in quibus te certa carmina in librum meum de laudibus sanctissimi Ioseph nutritici Saluatoris nostri misisse scribis, quæ ad manus meas minime perueniunt. Post biduū alius quidā comparuit, qui literas mihi exhibuit tuas septimadecima die mēsis Iulii scriptas, quas sibi ab alio nescio quo dicebat esse cōmissas unā cū duobus opusculis tuis, tua manu scriptis, quorū alterq; carmine uario quasdā odas cōtinet familiares: alterum uero prosaice cōpositum disputationē quandam cōplectitur minualem: nō displicet materia, neq; argumētum ad inuentionū tuarum abhorreo, sed uellēm te potioribus operam nauare studiis, quod postulare abs te & tempus uidetur & ætas tua. Quinquagesimum ætatis annū supergressus es, qualia te deinceps iam studia deceāt, maxime tibi cōsiderandum. A lia nos iuuentus monuit, alia iubet rima ri senectus. Sel uitalis nostri roboris uergit ad occasum, & uires corporis quas meridies præbuit, hora paulatim uespertina cōsumit. A nimæ iam deinceps assumenda est cura, quæ manet immortalis, fatis cōcelsimus carni, pabulo necessario dūtaxat nutriatur asellus, procul absit lasciuia omnis. Lucubrationes cedant pueriles, & qui uirū præfers ætate, synthemata canos decentia non fabulas amplectere. Sex & triginta supra centū lucubraſti opuscula, & magnū est iudicio meo & laudabile, oriū quod

*Seu ille studiū  
quale debeat  
esse.*



quod regularis permisit institutio, ad studium conuertisse literarum, ac libris componendis animum potius intendisse, quàm uoluptatibus carnis. Numero tamen nullius sunt pensculanda opuscula sed utilitate, si ad ueram sapientiam erudiant animum, mentem legentis si à terrenis sublatam ad cœlestia erigant, & in diuino amore ueraciter compungant. Orbis iam ubiq; innumerabiles ebullit scriptores, & ut Flaccus ait:

*Ad ædificationem scribendum est*

Scribimus indocti doctiq; poemata passim.

Et

Omnibus libet insanire poetis.

Sed minor pars scribentium ædificationem cogitat animum. Ex cordis abundantia scribimus omnes, easq; cogitationes scribendo literis committimus, quibus occupati sumus. Unde scribere spiritualia & diuini amoris feruorem inducens non possumus, quia pleni cogitationum mundanarum carnaliumq; proh pudor æstuamus. Nemo enim sine fide & charitate Iesu Christi, qui sapientia est Dei patris, ueram & salutarem poterit assequi sapientiam, ut uidelicet spiritualia scribat, qui carnalia & transitoria sapit. Propterea te hortor mi Sycamber, cum scias te religioni monasticæ iuratum, ut sicut in exteriori conuersatione in medio confratrum tuorum sine offensione ambulas, ita contemptis studiis puerilibus, quæ parum conferunt ad animæ salutem, & mentem & calamum ad spiritualia totis uiribus conuertas. Talia rogo posthac æde opuscula, quorum lucubratio Dei in te amorem suauiter augeat, mentemq; legentis in contemptum mundanorum ducat. Cædant iam nunc Iudi pueriles, senem non decent carmina poetarum, profaice tibi pro senectutis honore pergendum est: tot tuosis Iudat uersiculis immatura iuuentus, planum nos iter amamus. Quod si uerificare iubet, iterum dico, nulla senem

S. patres qua  
re prosa &  
non metro  
usifim.

debere confingere carmina, p̄ter penthica, forsitan epitaphia mortuorum, nisi talis sit paraphrastes, qui carminū semper habuerit usum, profæ uero nunq̄, ut cū Prudentio, Sedulio, Iuuenico, corūq̄ similibus conuersus ad p̄nitentiā mūdanz arma sapientiæ ad laudes scripturæ cōferat diuinæ. Nulla sanctorum ueterū doctoz Hieronymi, Ambrosii, Augustini, Gregorii, Origenis, Ioannis Chrysofomi, Basilii, Cyrilli, aliorūq̄ cōplurium carmina legimus p̄ter hymnos ad dei laudē cōpositos, & epitaphia pauca mortuorum, quāuis artē illos habuisse nō dubitamus. Cupientes eū lucubratiōibus suis animæ prodesse saluti, profæ scribere q̄ carmine maluerunt, p̄pterea q̄ sit difficile in oībus quæ scribenda utiliter occurrūt legē seruare metrorū, & hoc genus docendi magis uideret iuuenes decere q̄ senes, rarōq̄ cōtingat quempiā in utroq̄ reperiri perfectū. Rogas ut oīm lucubrationum mearū rationē, titulos & argumenta tibi perscribā, earū maxime quas post æditiōnē libri de scriptorib⁹ ecclesiasticis cōposui. Dicis, n. causam te habere honestissimā, qua eorū expetas rationē. Satisfaciā desyderio tuo q̄ primū mihi per ociū licuerit, quod iā fieri nō potuit, & festinante nūcio, & me in aliis occupato. Veldicū amantissimum mei nō dubito, quē non minus amo q̄ amer ab ipso. Herbenū nostrū cōmunē amicū & cōphilosophū integerrimū, quoties oportunitas data fuerit meo noīe saluta, qui oīm bonorū uiorū amicitia dignus est, utpote nō minus sanctimonia uita q̄ eruditione literarū insignis. Vale mente & corpore sanus, mei memor ad Deū. Ex monasterio meo S. Iacobi Herbipolis 12. die mensis Augusti Anno Christianorum 1507.

IOAN. TRITE. AB. D. IACOBI HERBIPO  
lensis, Vuilhelmo Veldico Monapio plebano in Dym  
stein, theologo & mathematico nobis  
amicissimo salutem. Litras



Iteras tuas amice quas emisisti ad nos quinta die  
 mensis Iulii, prima die mensis Augusti cum Roge-  
 rianis accepi, quibus per ordinem si potero duxi  
 respondendum. Et in primis quidem gratias tibi ago ingen-  
 tes pro tua in me beneuolentia, qua meæ congaudes tranquil-  
 litati, locumque me inuenisse aptum lætatis cum libertate phi-  
 losophandi. Gaudeo sane non mediocriter & ipse, quoniam  
 Deo miserante laqueus terrenarum occupationum, quo nimi-  
 um grauabar in Spanheim contritus est, & ego licet cum ma-  
 gna difficultate liberatus sum. In quartum & uicesimum annū  
 ut nosti grauissimum hoc onus pastoralis curæ inuitus porta-  
 ui, quoniam natus mihi uidebar ad quietem solitudinis ac stu-  
 dium scripturarum potius, quàm ad mūdi tumultus & iurgia  
 rusticorum. Solitudo mihi semper placuit, quam quoties de-  
 ferere compulsus fueram, minus aptus ad spiritualia toties fie-  
 bam. Non enim me fugit sanctum Ioannem dixisse Chryso-  
 stomum super Euangeliū Matthæi. Sicut difficile est arbore  
 iuxta uiam positam fructus usque ad maturitatem seruare: sic  
 difficile est uirum iuxta hunc mundum uiuentem, id est in acti-  
 bus mundi, iusticiā immaculatā usque ad finem tenere. Recede  
 ergo, inquit, de uia & planta te in loco secreto, ut nec mundus  
 tecum habeat aliquid commune, nec tu cum mundo. Diu-  
 quoque sententia Hieronymi memoriam raro deferebat di-  
 centis. Quid desideramus urbium frequentiam, qui de singu-  
 laritate censemur? Mihi enim oppidum carcer est, solitudo  
 paradus. Nam ut beatus Augustinus dicit in libro de singu-  
 laritate clericorum: Minus uoluptatibus stimulat, qui non  
 est ubi est frequentia uoluptatum, & minus auaritiæ mo-  
 lestias patitur, qui diuitias non uidet. Inopia fratrum, &  
 magna loci necessitas me curis temporalium rerum sapius

occupauerunt inuitum, eoque magis, quo mihi nullus in his a-  
 derat fidelis & peritus adiutor. Feci tamen omnem quam po-  
 tui circa utriusque status reparationem diligentiam, quod stru-  
 ctura & alia per me facta docebunt, quousque tandem fratrum  
 meorum cum Cynonotis perniciofa in me conspiratio inuo-  
 luntariū reddidit, & ad cedendum improbis omnino paratū.  
 Mihi proinde uiuere deinceps & factis scripturis pro uiribus  
 statui, mundique inutiles curas resignare mundanis, quoniam  
 haftenus monachis plusque satis deseruiui ingratis. Huius autē  
 cenobii cui nūc praesum indignus, etsi paupertate grauetur,  
 nec sollicitudines sunt tantae, nec perniciosae cum rusticis tot  
 contentiosae occupationes. Viuo gratia dei mea sorte conten-  
 tus, & quanto rebus transitoriis locus est pauperior, tanto me  
 pacis & tranquillitatis abundantia existimo ditiozem. Enim-  
 uero iuxta consilium sancti Christophili Pauli, uisum habens  
 necessarium, quo mortale ad tempus uitae sustentetur corpus  
 culum, & uestem Boream cohercens, amplius non requiro.  
 Orbem terrae marisque & insularum, quae pulchre depictum in  
 Vuormatia scribis esse uenalem, me quidem consequi posse  
 optarem, sed quadraginta pro illo expendere florenos, nemo  
 facile mihi persuadebit. Comparauit enim mihi ante paucos dies  
 pro aere modico sphaeram orbis pulchram in quantitate par-  
 ua, nuper Argentiniae impressam, simul & in magna dispositio-  
 ne globum terrae in plano expansum, cum insulis & regioni-  
 bus nouiter ab Americo Vesputio Hispano inuentis in mari  
 occidentali ac uersus meridiem ad parallellū ferme decimum,  
 cum quibusdam aliis ad eā speculationē pertinentibus. Quod  
 autē moneo ut huius rei causam Dño meo reuerendissimo pro-  
 ponam episcopo, satis quidem facis officio tuo, sed minus mi-  
 hi principum pensulare occupationes & negocia perpetua &  
 maxima

maxima uideris, q̄ occupatissimis animis ocioforū studia existi-  
mas persuadēda. Veteris amicitiae nō dubita sum tenacissim⁹,  
& quam semelin te charitatem effudi, nulla unquā terrarū spa-  
cia inhātabūt. Vnde quod iubes ut faciam, te quoq; facere ne-  
pigeat exhortor & peto. Ita precor uiuamus amici, ut alterius  
in altero memoria ualeat apud Deum. Hæc enim ueræ amici-  
tiae causa est, qua nō quærimus aliud q̄ in theosophia parilitatē  
tem cordium, & ex mutua cohortatione profectum animorū.  
Quod si alter amicorum aliquam sæuētis mundi calamitatē  
inciderit, ab altero totis est uiribus consolandus. Si errauerit,  
mox ad uiam ueritatis ab amico reuocandus est. Si tepuerit in  
studio salatari, excitandus, quia erit uera & iure cōmendabilis  
amicitia, si hoc effecerit ad quod est instituta. Et ideo sancti pa-  
tres iustissimā esse amicitia legē arbitrati sunt, qua præcipitur  
ut non minus nec plus quisquā amicū suum q̄ seipsum diligat.  
Henricum de Bunau diu uita audiui defunctum, sed libros eius  
& globum cosmographiæ quē olim cōparauit ex officina tua,  
remāsisse apud Saxoniae principes, quod tu existimas, non au-  
diui. Habet enim superstite fratrem, cui omnia moriturus confi-  
gnauit. Rebus tuis secundis uehemēter congratulor, tibiq; ut  
uerus amicus congaudeo, cupiens nihilominus memorem te  
esse uersiculorū Hildeberti Thuronēsis Archiepiscopi dicentis:

Cuncta sub ancipiti pendent mortalia casu

Et spondent propria mobilitate fugam

Quicquid habes hodie, cras te fortasse relinquet

Aut modo dum loqueris desinit esse tuum.

Miranda te significas lucubrassē opuscula, ab eo tēpore quo  
tecum fui in Dyrnstein, quæ mihi ostensurum te polliceris  
cum ad te uenero. Sed cum nulla sit mihi causa ueniēdi ad te,  
immo neq; uoluntas quietē interrumpendi meā, bene feceris

& quod maxime decet amicum, si operū tuorum omnium ad me titulos quāprimum dederis, aut certe quod magis cuperē, ipsa opuscula, quæ lecta per me, uel etiam rescripta tibi fideliter quantotius restituenda polliceor. Miraris forsitan quod me causam ueniendi ad te dixi non habere, sed accipe rationem. Monasterium cui præsum licet indignus, necdum annali capitulo Bursfeldensium patrum dignoscitur subiectū, quod nouiter est reformatū, quapropter officio uisitationis me grauare minime possunt, quemadmodum per annos uiginti. continuos non sine graui dispendio meo antea fecerunt. Hinc mihi quiescendi copia Domino Iesu prouidente conceditur, & nulla uagandi sicut prius occasio præbetur. Et inde est quod causam ueniendi ad te me dixi non habere. Maxime tamē uellem ut mecum esses uel uno die, ostenderem & ego tibi quæ mirareris opuscula. Sed uidebimus nos aliquando si uoluerit Dominus Iesus qui omnia potest. Interea quoties oportunitas se nobis obtulerit, literis nos mutuo in amore ipsius cohortemur. Ora pro me fratres ad Deum, ut in sua me uia custodiat, omnesque mihi transgressiones meas, quarum non est numerus, propter dolorem amarissimæ passionis suæ misericorditer indulgeat. Vale. Ex Herbipoli duodecima die mensis Augusti Anno Christianorum millesimo quingentesimo septimo.

IOANNES TRITEMIUS ABBAS MONASTERII diui Jacobi in suburbano ciuitatis Herbipolensis.

M. Mathæo Herbeno amicorum integerrimo salutem D. P.



Ocorum distantia facit nimia quod dare ad te literas rarius possum, nec ideo tamē spiritu disingor à te, quāuis corpore tibi longe sum absens, quē in uera charitate Christi semper amauī, & inter amicos primariū constitui.

fitui. Semper itaq; mihi praesens es spiritu, cum te habeam in  
 uisceribus fraternae charitatis. Biennium effluxit quo ultimas  
 ex Colonia Agrippina ad te literas dedi, cum quibus miseram  
 & exemplar literarum mearum ad Beiselium comunem ami-  
 cum, quo certior fieres de his quae tunc mecum agebantur. In-  
 terea nunciorum penuria nihil scripsi ad te, neq; literas tuas ui-  
 diullas, quod eadem causa arbitrator accidisse. De Colonia so-  
 luto conuentu principum, cum serenissimo principe Elesto-  
 re Ioachim Marchiam Brandenburgensem intraui, & cum  
 eo mensibus nouem commoratus sum. Verum postea reuer-  
 sus Budorim animo & intentione redeundi ad Spanheim, cum  
 fratres meos Melantium priorem, quem nosti maxime, cum  
 Cynonotis aemulis meis conspirasse aduersum me manifesto  
 cognouissem inditio, mutauit propositum, susceptaq; oblata  
 mihi abbatia, in qua nunc dego sancti Iacobi iuxta Herbipo-  
 lim, Spanhemensem cum improbis monachis resignaui. Quid  
 enim in medio aemulorum facerem, qui semper uel occultas  
 in me, uel apertas inimicitias agerent, ita ut nulla mihi unquam  
 posset esse securitas, sed continua suspicio insidiarum utrinque  
 mox oriretur, iuxta dictum Achillis ad Hectorem apud Home-  
 rum Iliados. x. ita loquentis:

ὡς οὐκ ἔστι λέωνι ἢ ἀνδράσιν ὄρεϊα πῖσά  
 οὐδ' ἄλκυοι τε θ' ἀρνες ὁμόφρονα θυμῶν ἐχέουσι  
 Ἀλλὰ κακὰ φρονέουσι διαποδῆρες ἄλλήλοισιν.  
 ὡς οὐκ ἔστι ἐμὲ ἢ σὲ φιλέειναι, &c.

Παράφρασις.

Vt non est leonibus & uiris concordia firma  
 Neq; lupi & oues unum animum habent.  
 Sed mala meditantur utrinque ad inuicem  
 Sic non erit me & te amari alterutrum.

Interposuerunt patres ordinis nostri uices, nosq; ad mutuã nitebantur reuocare concordiam, mihiq; uiribus totis reditũ ad monasterium persuadere tentabant, sed tutum mihi uisum non est, inimicis cõfidere necessitate sua non uoluntate reconciliatis, Pittacimemor sententiæ pulchre monentis: *Μηδέ τὸν ἐχθρὸν φίλον ἦρσ'.* Hoc est: Neq; inimicum amicũ tibi exist. ma.

Et Menander.

*λόγῳ περὶ ἐχθροῦ μή ποθ' ἠγάπη φίλου*

Id est.

Sermonem ab inimico nunquam putabis amicum. Celsi ergo inuidiæ & amulationi satis oportune, nec me poenitet, quietem bonam & pacem Deo fauente cõsecutum, ubi I.berius iam deinceps mihi metipsi liceat esse intentũ. Semper enim tumultuarias mũdi occupationes odiui, magis autẽ & loci solitudinem & mentis tranquillitatẽ amaui, usq; ad inuidiam quorũdam, quod ipse non ignoras, qui non paucis diebus mecum Græcarum literarum amore in Spanhemensi monasterio dudum conuersatus es, moresq; tam meos q̃ fratrum meorum satis peruidisti. Sed missa faciã hæc: amicorum tibi condiciones exponam potius, quoniam perlibenter scire te non dubito. Ioannes Damius qui Græcas literas tecũ à me olim didicit in monasterio Spanhemensi, præpositus est monialium in Nouiburgio prope Heidelbergam, & rebus immerfus caducis penẽ studium literarum omne postposuit. Rogerius noster Sycamber suo more librificat ac fœtus p̃ducit innumeros, ita ut uel solos ritulos recensere mihi sit t̃rdiosum singulorum quæ lucubrauit opusculorum. Absoluit enim, ut suo utar uerbo, centũ triginta sex lucubrationum suarum opuscula in codicibus quatuor, & nec hodie scribere cessat. Iacobus Vuimpfelingus Argentinatẽ est, graucm à fratribus eremitis diui Augustini sustinens persecucionem



secutionem, propterea q̄ in quodam opere suo de integritate  
prænotato, scripsit ipsum Augustinum nõ extitisse monachũ  
siue cucullatũ. Compatior homini penè ultra uires molestiã  
ferenti, cuius nobile ingenium iam senescentis ad iurgia com  
pellitur iuristarum. Nam in propria persona citari illum ad se  
dem apostolicam procurarunt, cuius apologiam in centũ uer  
ficulos æditam cum literis meis ad te misi, ut excusationem uiri  
intelligas. Sebastianus Brant adhuc Argentinæ uiuit publi  
co senatus stipendio conductus. Ioannes Nutius monachus il  
le Spanhemensis, qui nunquam in coniurationem prauorum  
aduersum me consensit, mortuus est, pro cuius anima ut inter  
cedas apud Deum, te etiam atque etiam rogo. Mihi uero  
in abbacia Spanhemensi successit prior Melantius, quem nõ  
sti, qui non satis pastori suo fidelis extitit. Non imputet illi  
Deus, quoniam inscius forsitan seductus est. Vale sanus & in  
columnis Nestoreos in annos memor nostri ad Deum. Ex Her  
bipoli 16. die mensis Augusti. Anno Christianorum 1507.

*Vuimpfelin  
gi persecu  
tio ab eremi  
tis Augusti.*

IOAN. TRITE. AB. MONASTERII D. IA  
cobi Herbipolensis Ioanni Capellerio mathematico  
Parisiensi Salutem.

**R**ebruius ad te literas darẽ, eruditiss. Ioannes, si mihi  
nõ deesset copia nũciorũ. Nõ te latere credo q̄ ab  
batia Spanhemem. ppter inuidiã æmuloꝝ dimissi, &  
ideo tibi scribere de hac ipsa mutatiõẽ mea necessarium nõ iu  
dicauit. Causas æmulationum in me omnium tibi ante bienni  
um notas feci, cũ apud me esses in Colonia Agrippina in ma  
gno cõuentu illo Principum. Queris qui mihi fuerint in Mar  
chia Brandeburgensi successus, quid ibi egerim, quibus ue do  
natus à Principe muneribus fuerim, & quid nunc agam. Hęc  
summa literarum tuarũ est, & quod te per amplius urget à me

noſſe deſyderium. Miſerante Deo qui diſponit & ordinat uni uerſa, proſpero itinere Marchiam intraui, & qui claudus eram ex fluxu unius cruris, ut me Colonia uidiſti, in Marchia principi Berlin cum ipſo Marchione menſibus nouem didaſcali functus officio. Tradidientim praecepta & regulas principi, quibus ſine magno labore in latina lingua doctior euasiſt. Scripsi etiam ad instantiam eius quaedam synthemata, quorum lectione gaudebat. Iam enim latine scribit ornate satis, & loquitur diſerte, ac quicquid legit perfecte intelligit. Reuertentem me tandem gratiose remunerans ducatos trecentos mihi donauit, seq̄ maiora datuꝛe cū tpe p̄miſiſt. Poſtea uero cū me in hac abbatiā cōſtitutū audiuiſſet, etiā alia dona ſplēdida trāſmiſiſt. Ha bes breuiter ad interrogata reſpōſum. Et ecce hic mihi iā uiuo & ſtudio ſcripturarum tanto liberius, quanto minus ſum in curis temporalium rerum occupatus. Pauper culum & exiguum eſt monaſterium cui praſideo, & paucis ob id negociis inuolutum. Si lucubrationum mearum interea factarum exigis ſeriem, & hanc tibi breui narratione expediam. Episto las meas familiares quas dedi ad amicos ex eo die quo de Spanheim exiui, prima uidelicet die menſis Aprilis, anni Chriſtianorum milleſimi quingentefimi quinti, uſque ad introitum meum ad hanc abbatiā, qui fuit quintadecima Octobris anni ſequentis, in librum unum comportauit. Cui adiunxi & ſecundum, qui continet episto las primi duntaxat anni praelationis meae in hoc monaſterio, cui & iſtam inſerui. Deinde ſcripsi itinerarium totius uitaē meae, à tempore natiuitatis meae uſq̄ in hunc annum. Poſthac lucubraui de laudibus ſancti Ioseph nutritiī ſaluatoris librum unum. Item ſcripsi hac æſtate opus magnū quod pranotaui pollegraphiā libros ſex, ad memoratū principem Do

*Libri duo e.  
pistolaru ſa  
pularium.*

*Opus polle  
graphic.*

cipem Dominum Ioachim Marchionem Brandenburgerum. Scripsi & alia quædam minora opuscula, quorum assignare titulos superfluum existimo. Præterea quæ in manibus uersantur cum perfecero, forsitan intelliges. Steganographiam uero meam, cuius primos duos libros in Colonia uidisti, nec ego si unquam in lucem æditurus sum, trium intuitu rationû. Prima ratio quæ me ab eius æditione retrahit, est futuri consideratio, & timor uerisimilis mali, quod per abusum prauorum hominum contingere posset, cum nostris inuentis mali non minus uterentur ad malum quàm boni ad bonum. Secunda est maximi laboris intentio & paruæ mercedis retributio. Nam ut uidisti, opus est arduum & acutissimæ speculationis, quod sine labore maximo nequeat consummari. Et quæ tanti laboris retributio, nisi auri forsitan pondus modicum, quod transitorium est, & ob id à Christiano monacho potius contemnendum. Pro mercede temporali nunquam mihi fuit animus laborandi, qui me uocatum in uineam Regis conspicio sempiterni. Tertia uero causa est, indoctæ plebis æstimatio, qua omne quod non intelligunt malis artibus adscribunt. Nihil adhuc scripsi, de quo merito quispiam possit admirari, nihil feci stupendum, & tamen uulgi opinionem patior, dum magum me pleriq; arbitrantur, asseuerantes me suscitasse mortuos, euocasse ab inferis demones, prædixisse futura, furesque reduxisse carminibus & ligasse latrones. Quæ omnia confida & eumentita nec feci unquam nec cogitaui quidem. Libros fateor magorum plerosque legi, non ut imitarer, sed ut eorum superstitiones pessimas aliquando redarguendo confunderem, quod largiente Domino Iesu Christo breui me facturum confido. Quid putas de me opinabitur stulta hominum indoctorum futura temeritas, cum ite ganographiam

*Quare nolite  
edere Steganographiæ.*

*Tritemium  
non esse magum.*

in lucem produxero, quæ talia confinxit de me mendacia cū nihil adhuc uiderit archani. Quamuis nō magnificatio hæc garulamenta imperitorum, conscientiæ testimonio contentus: dare tamen occasionem suspicionis malæ quantum fuerit possibile non intendo. Vale sanus & fœlix, ueteris amicitiaæ robore firmus & cōstans. Ex Herbipoli decima sexta die mensis Augusti. Anno Christianoꝝ millesimo quingentesimo septimo.

IOANNES TRITEMIVS ABBAS S. IACO  
bi Herbipolensis, Iacobo K ymolano Carmelitani ordinis  
Theologo & mathematico salutem.



Iteras tuas K ymolane quas prima die Maii ex Gandauo scripsisti ad me, ultima die mēsis Iulii per quē dam mercatorem accepi, in quibus te more tuorum mearum ostēdis percupidum, de quo tibi gratias ago immortales. Scias ergo uelim, me Christo Iesu miserante, sanum & incolumem, & quod te multorū relatione audiuisse scribis, abbatiam resignauisse Spanhemensim, & eam in qua nunc de go pauper uoluntate spontanea acceptasse. Causas huius cōmutationis audiuisti ex me, cum ante biennium unā effemus in Colonia Agrippina. Bibliothecam preciosam duorum milium uoluminum, quā olim uidisti, integram dimisi in Spanheim, quia de monasterii substantia comparata fuit. Nihil em̄ proprium mihi est, qui monachum iuxta regulam sanctissimi patris nostri Benedicti profiteor. Quosdā uere libellos de rebus naturæ mysticis & archanis, quorum lectio non omnibus conducit, mecum detuli Herbipolim, qui ad Spanheim nunquam pertinuerunt. Græca quoq; uolumina centum & Hebraica præter Bibliam illam paruulam impressam, simul cum cæteris in monasterio dimisi. Comparauī autem postea mihi in  
utraq;

utraq; lingua uolumina de pecuniis mihi donatis à Marchione Brandenburgensi, & si quibus indigeré amplius mihi cum tēpore prouidebo. Prior mihi in abbatiā Spanhemensi successit, homofane quē intus & in cute nouisti, qui non magnificat studium scripturarū, à quo suellem libros Græcos uili precio facile redimeré. Sed nō placet mihi Spanhemensi cœnobio suū auferre decoré, quē magno satis precio cōparauī. Sufficit mihi paupertas mea, qui paucis didici esse contētus, cum tēpus iā mihi uideatur adesse quo multitudo ad unitatē debeat reduci. Multa & ferme incredibilia legi, satis est, opera sequantur aliquādo tēpus postulat. Quid opus est multa legēdo percurrere, cum sufficere ad necessariā eruditionē paucula queant? Scatet hodie uoluminibus mundus, tōtq; in lucem quotidie ueniunt libri, ut nemo sit qui legere omnes possit. Ars enim quam

*Impressoria  
quando inueni-*

pressoriam uocant tēpore infantiaē meæ apud Moguntia metropolim Francorum inuēta, infinita penē & ueterū & nouorū uolumina quotidie producit in lucem. Ioānes Amorbachius ciuis Basiliēsis, uir doctus & integerrimus, anno præterito omnes diui Augustini libros quotquot inuenire potuit in quincim uoluminibus satis emendate impressit. Simili diligentia formis exculsit omnia opera sanctorū Hieronymi & Ambrosii, impressurus etiā de nouo diui Papæ Gregorii opuscula, quorum aliqua male, aliqua uero nunquā fuerunt impressa. Sed de his hastenus. Scire cupio abs te quid factū sit cum literis quas tibi Colonia tradiderā Libanio Gallo mittēdas in Franciam: Scripsit enim mihi interea, & nullam facit earum mēticionem, quo fit ut eas in manus illius peruenisse addubitem. Ioānes Paleonydorus concarmelita tuus quando ultimo recessit à me ex Spanheim, in breui se reuersurum promisit, & ecce transierunt iam anni quatuor, in quibus nihil audire de illo uel perci-

pere uspiā potui. Si tibi cōstat ubi sit an uiuus uel mortuus, me q̄ primum certiore reddas precor. Ego hic sedens in loco solitudinis & quietis uictoria de inimicis facta mihi uaco & literis sacris, experiōrque uerum quod scriptura promittit diuina.

**Terno. 3.** Bonum est uiro cum portauerit iugum Domini ab adolescentia sua, quia sedebit solitarius & tacebit, & leuabit se supra se. Tu supplex ora pro me ad Deum, qui pauperē de inopia releuat, ut me custodire in sua uolūtate dignetur. Scio enim breue tempus esse peregrinationis meae in terra, & ut Seneca inquit, punctum est quod uiuimus, & adhuc puncto minus. Et hoc minimum specie quadam lōgioris spaciū natura diuisit. Nam aliud ex hoc infantiam esse uoluit, aliud pueritiam, aliud adolescentiam, aliud inclinationem quandam ab illa in senectam, quam propriis grauem incommodis non sinit esse quietam, ut iusta consyderatione dixerit uir quidam sapiens in ecclesiastico.

**Caput. 40.** Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugū graue super filios A dam, a die exitus de uentre matris eorum, usque ad diem sepulturae eorum in terram matrem omnium. Omnia enim quae de terra sunt in terram conuertentur. Et propterea homo uanitati similis factus est, quoniam dies eius sicut umbra praetereunt. Ecce breues anni transeunt, & semitam per quam non reuertemur ambulamus, multisque repleti miseris continuis aduersitatum agitamur procellis. Quid enim sumus miseri mortales, nisi uentus & umbra, qui in turbatione uiuimus, & in momento decedentes amplius non comparemus. Sicut Sophocles in A iace furēte Vlyssē introducit loquentē.

**Fragilitas  
hominum.**

33 ο ρω ςδ̄ η̄μας οῡνη̄ν ο̄ντας̄ ἀλλο̄ π̄λλω̄

33 Εἶσω λ' ὅσοι περ̄ ζω̄μεν̄ ἢ̄ κούφην̄ σκιάν̄. Id est.

33 Video enim nos nihil existentes aliud, q̄

33 Simulachra quotquot uiuimus, seu leuēn̄ umbram.

Vnde

Vnde Homerus poëtatam princeps, hominis intuens miseriam ingemiscit dicens in Iliados. p. quod & ipse nō ignoras:

Οὐ μὲν γὰρ τίπιν ἔβην ὀτρυνώ τ' ὄρου ἀνδρῶς cc

Πάντων ὄσα τε γὰρ αἶψ' ἰδὴ πνεῖ καὶ ἔρπει, cc

Id est

Non enim certe aliquid est miserius homine cc

Omnium quæ spirant in terra serpūntq. cc

Arborum foliis cōparandi sumus ut idem Homerus dicit in sexto, quoniā sicut folia cadunt de arboribus hieme prope rāte, ac ueris alia tēpore succrescūt: ita & hominū genus aliud quidē nascit, aliud uero morit. Folium quod semel deciderit, amplius ad arborē nō confurgit, & homo postea q̄ semel morit, ad hanc uitā deinceps nullatenus reuertetur. Proh superi quantū mortalia pectora cæcæ noctis habēt! Viuimus mortales, & morituros non cogitamus. Lætatur, gaudemus, & amplectimur caduca tanquā semper uicturi, & cū existimamus minime hinc rapimur quasi nunq̄ nati. O Kymolane cogitemus nouissima nostra dū cogitasse iuuat, ne tarde ignauitā uitæ ploremus. Grammatica Lascaris Græca quā tibi Coloniae comodauerā tua sit, quā mihi necessaria nō est. Habeo enim similit̄ alteram Vinctiis nuper impressam. Neminē hic Græcis noui literis intentū, præter unicum Engelhardum Funck Decanum noui monasterii, uirum doctum & tam carmine q̄ prosa exercitatū. Vale nostri memor ad Deū. Ex Herbipoli decima sexta die mensis Augusti. Anno Christianorū millesimo quingentesimo septimo.

IOAN. TRIT. ABBAS MONASTERII

diui Iacobi in suburbano Herbipolensi Christiano Mafseu presbytero Gandau in cœnebio diui Hieronymi cōmimoranti amico cha-

ris. p. salutem.

ris. p. salutem.



Vanto cupiam scire deſyderio quid agas, quomodo ualeas, & quid ſcribas noui, aut ſi chronicon perſeceris tuum, nec literis poſſum exprimere, nec uerbis, cum lōge ſimus ab inuicem diſiūcti, notum tibi facere. Maxime tamen optarem tuas aliquando uidere de temporum ſupputatione lucubrations, quas mihi dudum adſcribere pollicitus es. Quinq; iam anni effluxerūt ex eo tempore, quo Chronicon ſcribere adorſus es, quam ſi nēcdum cōpleuiſti, opus proſecto aut maximū eſt, aut tu compileris omnium tardiſſimus. Vehemēter autem timeo ne tibi cōtingat quod multis hodie clauſtralibus ſub obedientia conſtitutis prælatorum nouimus euenire, qui nobiliſſimis ingeniis præditi, ad uiles mundanarū actionum ſarcinas cōpelluntur ſubeūdas : & quibus animus ad ſtudia literarum aptiſſimus eſt, manibus contrectare librum prohibētur. Miſeram tibi ultimo ut poſtulati nomina duodecim menſū, quibus apud Græcos appellantur ſimul & Hebræos ppriis literis ſcriptos, nec ſatis intelliſſo ad quid tibi in chronicarum ædicatione conducant. Epigrammata uero græca quæ in aurea cruce dicis inſcripta cōſeruari apud uos, admirationē mihi non modicam pepererunt, quomodo ex Conſtantinopoli Gandauum uenerint. Habet enim inſcriptio crucē ipſam iuſſu & impenſis Conſtātinopolitani factam Imperatoris. Ceſſauit admiratio ſtatim, cum ueniſſet in mentem, Conſtantinopolim captam olim & ſpoliatam tempore Henrici Imperatoris quarti, per Gotfridum comitē de Bulyon, qui ob magnificeſta in terra Lotharingiæ, ducatus nomine meruit inſigniri, & in regem Hieroſolymitanum ſublimari. Is enim per Vngariam & Bulgariam exercitum ducturus in Paieſtinam, iniuriis prouocatus Alexij Imperatoris, Bizantiū cœpit, & ſpolia militibus, quorum multi poſtea in Germaniā reuerſi, reliquias,

crucis

Conſtātinopoliſ quādo capta.



crucis, & tabulas aureas, argenteasq; sublatas à Græcis Latino-  
rum ecclesiis ac monasteriis contulerunt. Memor esto Chri-  
stiane in æditione chronicorum tuorum, quòd omnes ferme  
chronographi in supputatione annorum Domini grauius ex-  
rauerunt, omittentes quatuor & uiginti annos, qui sub consu-  
libus nõ recte supputati transierunt, qd' ex Mariano Scoto mo-  
nacho, & Augustino Vuestgallo Louaniensi theologo subtili-  
ter inuenies calculatum. Scripseram tibi de hac ipsa re ante tri-  
ennium latius ex Spanheim per Ioannem Steinenmoelen pæf-  
byterum Mechilinensem. Scripsimus aut' & nos interea chro-  
nicon nõ parue quantitatis monasterii Spanhemensis cui tunc  
pæeramus, incipientes à prima ipsius fundatione, quæ facta  
est anno Christianorum millesimo quadragesimo usq; ad an-  
num secundum supra quingentesimum atq; millesimũ, in quo  
per successiones omnium abbatum seriem narrationis deduxi-  
mus, usq; ad nonum de cimũ pælationis nostræ annum, mul-  
ta inferentes rerũ in Alemania gestarũ, q̄ nobis memoria uide-  
bant digna. Festina quæso tandè operi manũ imponere ulti-  
mã, ut illud uidere quandoq; mereamur. Quam primũ fieri po-  
test fac nos eorum quæ circa te gerunt certiores. De nobis aut'  
tibi significamus, qd' abbatia nostrã Spanhemensem pacis amo-  
re dimisimus, & eã in qua nũc uiuimus S. Iacobi Herbipolis af-  
sumpsimus, occasionem nobis præbentibus quibusdam æmu-  
lis, quibus nostrã studia sancta minime placuerunt. Vale & De-  
um ora pro nobis. Ex Herbipoli decima sexta die Augusti An-  
no Christianorum millesimo quingentesimo septimo.

IOAN. TRITE. AB. MONASTERII D. IA-  
cobi in suburbio ciuitatis Herbipolensis, Ioanni  
Damio Curtensio salutem, ac in synceram  
in Domino charitatem.

**R**etulit nobis lator præsentium frater Vuilhelmus orphanus, nepos abbatis Macharii Lympurgensis, magna temeritatis historiam, quæ si uera est satis nos facit admirari. Dicit enim abbatem Bursfeldensem cum nescio quo alio nuper in Spanheim uisitationis peregrisse officium, & inter alia suæ autoritatis mandata, præcepisse abbati Nicolao successori nostro certis sub pœnis, quatenus oia linguæ græcæ uolumina scripta simul & impressa de monasterio studeat alienare, distrahere & uendere, quæ nos cum magno labore ut nostri grauiusq; expensis ex Græcia & Italia cõportauimus. Quæ si uera sunt, te enim latere nõ possunt, maxime rogamus quatenus ad monasterium Spanhemense quantotius accedas, & ipsa uolumina Græca simul & Hebraica pro nobis cõpares, aut scire nos mentem abbatis facias. Curabimus enim ex his quæ nobis principum sunt largitione collata tunc comportare pecuniarum, quo liberos redimamus uenales. Quamuis non temere fidem distis adhibere possimus. Quæ nam causa bonum abbatem illum potuit permouere, ut libros iubeat uendari græcos, in quibus nihil continet mali. An forte nostri laborat odio, uel zelo ductus amaritudinis memoriã per hoc Tritemii de terra delendum existimat, quod olim diuo Papæ Gregorio primo legunt fecisse Romani, qui post mortem eius omnes libros ab eo compositos quos poterant inuenire ignibus tradiderunt. Sed credere non possumus hoc abbatem cogitare Bursfeldensem deuotione Christo iuratum, qui nos meruisse de reformatione ordinis meliora cognoscit, quam pro memoria apud posteritatem habenda cura sit nobis aut nulla, aut parua. Magis autem credimus illum pia consideratione motum, ut quia neminem græcæ literæ peritum in Spanheim reperit, propterea libros quasi inutiles arbitratus loco, uendi ac uerti in usus fratrum necessarios precium mandauit:

Quam

Quamuis ista uenditio mihi non placeat, propterea q̄ omnes libros multis pecuniis comparatos per me ad perpetuū cœnobii Spanhemensis ornatū atq; decorē, in ipso suo loco maxime uellem permanere. Scis enim q̄ plus q̄ mille quingentos auri ducatos pro libris exposuimus in quatuor & uiginti annis nostræ prælationis, magnamq; & copiā & multitudinē eorū comportauimus in unū. Duo quippe milia numerauimus uoluminū Bibliothecæ monasterii Spanhemensis ante hoc trienniū, quando Henricus de Bunau eques auratus Ducum Saxonie doctissimus orator fuit nobiscum, quorū nullū fuit in loco tpe introitus nostri ad abbatīā, qđ tu frater minime poteris ignorare, quippe qui & monasterium mecum intrasti, & multo tempore minister mihi & Camerarius fuisti. In omni facultate scientiarum multa uolumina cōportauimus non solū impressa, sed etiam pergameno scripta complura, preciosa & rara, ut cōfidenter ausim dicere, in tota Germania similem non esse bibliothecam, in qua tot, rara & peruetusta reperiantur uolumina in omni uarietate scripturarū tam diuinarum quām sæcularium: dixerarū quoq; linguarū, Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, Chaldaicæ, Arabicæ, Indianæ, Ruthenicæ, Tartaricæ. Taceo reliquas consulto quæ nostris utuntur characteribus, ut Italica, Gallica, Bohemica, ac similes. Scio enim quod Græcorum uoluminum scriptorum simul & impressorum numerus centenarium excedit, pro quibus ut curam habeas te uehementer oramus. Et si quidem uenales sunt, pro nobis comparentur. Dabimus enim iustæ æstimationis precium quod nemo alius daturus est, cum hodie sciamus neminem in omni prouincia Rhenensium Græcarum literarum studiosum & doctum. Sin uero libri non sunt uenales, quā optime sumus cōtenti, quatenus in suo loco permaneant. Age precamur ut diligentiam tuam nostro experiamur conuenisse desiderio.

Vale nostri memor ad Deum. Ex Herbipoliuicesima die Augusti Anno Christianorū millesimo quingentesimo septimo. IOAN. TRITE. AB. MONASTERII S. IACOBI in suburbio ciuitatis Herbipolensis Ioanni Virungo de Hasfurt mathematico doctissimo salutem.



Xhibuit mihi literas tuas Henricus Gronigerus Reuerendissimi praefulis nostri à secretis, quibus plane cognoui causam meam: petitoriam apud Illustrissimum principem Philippū Comitē Palatinū per te fuisse promotam. Quare tibi gratias habeo quā maximas, referamque pro uiribus quoties mihi dabitur occasio. De libris uero principis faciam iuxta consilium tuum, quamuis timeam ne mora inducat periculum, quoniam homines sunt uigilantia ut plurimū carentes, qui paruam rebus etiam arduis adhibeant curam. Librum uero tuum quem mihi comodaſti manibus cōmisi scriptoris, qui mox ut fuerit rescriptus, ad te sine mora reuertetur. Libros autē Berengarii meos, quos apud te Budoris dimiseram rescribendos, cum perfeceris ad me ut redeant iubeto. Homo ille de quo mihi scripsisti Georgius Sabellicus, qui se principē necromanticorum ausus est nominare, gyrouagus, battologus, & circuncellio est, dignus qui uerberibus castigetur, ne te mere deinceps tam nefanda & ecclesiae sanctae contraria publice audeat profiteri. Quid enim sunt aliud tituli quos sibi assumit, nisi stultissimae ac uesanae mentis inditia, qui se fatuū non philosophum ostendit? Sic enim titulum sibi conuenientem formauit. Magister Georgius Sabellicus, Faustus iunior, fons necromanticorum, astrologus, magus secundus, chiro-manticus, agromanticus, pyromanticus, in hydra arte secundus. Vide stultam hominis temeritatem, quanta feratur infania, ut se fontem necromantiae profiteri praesumat, qui uere omnium

*Georgius Sabellicus.*

nium bonarum literarum ignarus fatuum se potius appellare debuisset quam magistrum. Sed me non latet eius nequitia. Cum anno prior de Marchia Brandenburgensi redire, hunc ipsum hominem apud Geilenhusen oppidum inueni, de quo mihi plura dicebatur in hospitio friuola, non sine magna eius temeritate ab eo pmissa. Qui mox ut me adesse audiuit, fugit de hospitio, & a nullo poterat persuaderi, quod se meis presentaret aspectibus. Titulum stulticiæ suæ qualem dedit ad te quem memorauimus, per quendam ciuem ad me quoque destinauit. Referebant mihi quidam in oppido sacerdotes, quod in multorum presentia dixerit, tantam se omnis sapientiæ consecutum scientiam atque memoriã, ut suolumina Platonis & Aristotelis omnia cum tota eorum philosophia in toto perisset ab hominum memoria, ipse suo ingenio uelut Ezras alter Hebræus, restituere uersam cum prestantiore ualeret elegantiã. Postea me Neometi existente Herbipolim uenit, eademque uanitate actus in plurimorum fertur dixisse presentia, quod Christi Saluatoris miracula non sint miranda, se quoque omnia facere posse quæ Christus fecit quoties & quando cunque uelit. In ultima quoque huius anni quadagesima uenit Stauronesum, & simili stulticiæ gloriosus de se pollicebatur ingentia, dicens se in Alchimia omnium qui fuerint unquam esse perfectissimum, & scire atque posse quicquid homines optauerint. Vacabat interea munus docendi scholasticum in oppido memorato, ad quod Francisci ab Sickingen Baliui principis tui, hominis mysticarum rerum percupidi promotione fuit assumptus, qui mox nefandissimo formationis genere cum pueris uidelicet uoluptari cepit, quo statim deducto in lucem fuga poenam declinauit paratam. Hæc sunt quæ mihi certissimo constitit testimonio de homine illo, quem tanto uenturum esse desyderio prestolaris, Cum uenerit ad te, non philosophus, sed

hominem fatuum & nimia temeritate agitatū inuenies. Vale  
me memor cum oportunitate principali. Ex herbipoli uicesi-  
ma die mensis Augusti. Anno Christianorum 1507.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PA-  
tri, Illustrissimōq; principi & domino, Domino Hermāno  
Colonieſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, Angariæ Vueſt-  
phaliæq; Duci, adminiſtratori Eccleſiæ Padel-  
bornenſis, ſacri Imperii per Italiam Archi-  
cancellario. Principi Electori, Ioan.

Trite. abbas S. Iacobi Herbipo-  
lenſis felicitatem optat.



Reuerendiſſime Princeps, promiſeram ultimis literis  
quas dedi ad R. P. T. in fine mēſis Iunii, uenturū  
me circiter ad feſtū ſancti Michaëlis archāgeli, quod  
& feciſſem quā libentiſſime, niſi peſtis epidimiæ interea ni-  
mium graſſari cōpiſſet in omnibus pene locis ciſrhēnaniſ,  
per quæ fueram deſcenſurus, atq; in hunc uſq; diem non ceſſa-  
uerit. Quapropter neceſſarium mihi fuit domi cōſiſtere, ſcien-  
ti q; præſentia cuiuſcūq; hominiſ per loca in quibus peſtilentia  
uiget, cunctiſ ſolet eſſe principib; naueſcanda. Metuens ergo  
ne hoc ipſum R. T. contingeret paternitati, cum pene in o-  
mnibus lociſ hodie circa partes Rhēni hoc ſæuiat malum, ne  
ceſſaria conſideratione aduentum meum in aliud differre tem-  
pus decreui, niſi tua Serenitas hoc meum inſtitutum iudica-  
uerit inmutandum. Interea quæ reſtant adiciēda paratiſ pro  
eadem tua ſerenitate, ut quā abunde perficiantur pro uiri-  
bus curabo. Omnipotens Deus tuam paternitatem reueren-  
diſſimam diu cōſeruet in columem, cui me quā humilime fa-  
cio commendatum. Ex Herbipoli uiceſima quarta die mensiſ  
Augusti, Anno Christianorum 1507.

IOAN.

IOAN. TRITE. AB. MONASTERII DIVI

Iacobi apostoli in suburbano Herbipolési Iodoco Beiselio

Iurisconsulto perspicacissimo salutem.



Vnciatum tibi credo Iodoce per communes amicos, Rogerium, Herbenum, & Kymolanum, & alios rerum mearum uariatam iuxta Genesim statū,

ut compleretur prædictio astrorum, si quid uirium habere credereda sit, quam ante uiginti annos Regis Philippi uaticinauit astronomus. Sæpius fateor & ipse interea comminantes inueni facta calculatione figuras, sed diui Augustini cōsilio persuasus, risum computaui uaticinia stellarum. Euenit mihi tādē quod uidebantur polliceri, & data mihi occasio est, qua deinceps experientia faciat necessario cautiorem. Inuidiarum præstitit uaticinio locum, quam ne mathematici uacillaret prædictio nulli dubium dæmonium aliquod malignum fuscitauit. Libenter enim, si Deus permittat, dæmones uaticiniis cooperantur humanis, per quæ in erroris deuio mentes capiunt nimitū credulas uanitatibus. Præualuit aduersum me temeritas æmularū dæmonis haud dubiū inestigatiōe agitata, quod etsi præsignauerint astra futurū, hominū tamē libertate prouenit arbitrii. Nemo enim ut in me sæuirēt æmulos prouocauit inuitos, nec me ut abbatiā dimitterē Spanhemēsem compulit quisquā: sed uolūtate quidē celsi spontanea, causam uero ut uellem ingratitude præstitit monachorū, de qua tibi olim ex Colonia quæ latissime scripsisse me memini. At nunc uiuo hic multo quæ in Spāheim quietior, mihi uacans & lectioni scripturarū, pauper quidē reb<sup>9</sup>, sed animo ut mihi uideor diues, utpote qui uanas mundi occupationes amaerim nunquam. Quod me hortaris ut ueniam ad te, promittēs mihi omnia uitæ huius necessaria quoad uixero, amoris ergā me tui maximū est inditiū,

cui gratias & habeo & ago pro uiribus immortales, referamq; si unquã mihi facultas data fuerit. Descendere autẽ ad te ibiq; manere deinceps, quod maxime uideris optare, scis quoniam meã non cõgruit profefsioni, qui monastica sum religioni ad dictus, & in uerba sanctissimi patris mei Benedicti iuratus. Nulatenus enim proposito meo cõuenit monasticam solitudinẽ relinquere, & cum hominibus sæcularibus quantumlibet bonis & iustis in sæculo continue habitare. Nam etsi mihi forsitan cõhabitare tibi nullum sit periculũ, fieret tamẽ multis in religione mea scandalosum, quoniã sicuti non omnibus omnia placent, ita nec omnibus omnia expediunt. Statui ergo in monasterio aliquo consistere ordinis & obseruantie regularis, ne aliunde me præberetur male sentiendi occasio. Habuissẽ aliquin ex magnis mundi principibus nõ ultimos qui me copiosissime prouiderent in necessariis uite presentis, si me curias & ministeriis eorum inscribere uoluissẽ. Vnde usq; in hunc diẽ qui me proposito annali stipendio satis copiose ad curias inuitant suos cõplures agnouit. Sed non est uita piscibus in arido, nec monacho tuta cõuersatio sine claustro. Propterea ne mēdacement cõstituam memetipsum, elegi pauper & abiectus habitare in cœnobio, magis q̃ diues & gloriosus apparere cum principib; in sæculo. Quid enim mortuo homini magis cõgruit q̃ latere in sepulchro? Et monachum qui semel abrenũciauit sæculo, quid amplius decere putas, q̃ ut spretis omnibus negociis mūdi, corpore quietus & mēte tràquillus, sibi uacans & scripturis diuinis in monasterio permaneat? Maxima enim & principalis causa ut Spanhemensem abbatia plenam inutilibus mundi curis resignarem, istãq; sancti Iacobi, qua non est in ordine pauperior, assumerem, fuit amor solitudinis, pacis & tranquillitatis, nõ ut ocio defluerem inerti, sed quo studio liberius possẽm



possem insistere scripturarum. Neq; enim inuidiam æmuloꝝ usq; adeo insuperabilem expertus fuit animus, ut eam non facile domare fauore & auxilio serenissimi principis Philippi Comitis Palatini potuerim si uoluisssem, præsertim cum patres ordinis de obseruantia omnes nihil magis cupierint, q̄ ut abbati am nõ desererem Spanhemensem. Vnde miserunt ad me Budorim duos abbates ex Synodo, quam apud Moguntiam celebrabant, qui reditum ad monasterium mihi persuaderent. Sed ego non minus amore pacis & tranquillitatis q̄ iniuriarũ cõsideratione permotus, fixum apud me quod statueram seruari, patienter sufferens datã mihi occasionem, qua uanis & inutilibus mundi occupationibus uel sero tandem eximerer. Itaq; largiente Domino nostro Iesu Christo, qui est saluator fidei animarum, quam semper optaui pacẽ assecutus sum: pace nũc fruor desyderata: pacem quoq; sequar q̄ diu in carne spiritus in me uita permanerit. Neq; paupertatem loci præsentis quem assumpsi grauiter duxi ferendam, sciens breuitate huius uita consummata tandem nihil hinc mecum transiturum ex omnibus quæ possidentur in mundo. Viduum ergo habens & uesitum Christianus iubetur esse contentus, quoniam qui diuites fieri cupiunt, uarias tentationes dæmonum incurrunt. Monachus autem qui diuitias amat, nec monachus est nec Christianus, sed apostata potius & infidelis, quoniam & Euangelium transgreditur, & uoti cõtempitor monastici suo domino mentitur. Sed uale, & rerũ quoq; tuarum me facito certiozem. Ex Herbipoli uicesima sexta die mensis Augusti Anno Christianorum millesimo quingentesimo septimo.

IOAN. TRITE. AB. D. IACOBI HERBIPO  
lensis, Rogerio Sycambro salutem & charitatem.



Pistolam tuam prima die mensis Augusti ad me datam Rogeri charissime, suscepi sexta die eiusdem mensis, in qua iterum atq; iterum postulas, ut tibi titulos & rationem omnium lucubrationum mearum transmittam, quod itidē & te prius rogasse, & me promissione pollicitū nō ignoro. Faciam nunc itaq; quod hortaris, pinacemq; additionum mearum per ordinē tēpīs quo sunt factæ tibi designabo.

*Catalogus librorū Ioannis Tritemij*

In primis cum essem annorum trium & uiginti, comportaui ex scriptis doctorum summulā uirtutū in duobus libris, quā nec dum in lucem ædere potui. Hoc opus sic incipit. Magna uirtus animæ est uirtutem ama.

Ad instantiam quoq; Ioannis Damii Curtensii, nunc præpositi sanctimonialium in Nouiburgio prope Budorim, tunc monachi & capellani mei, scripsi de tentationibus monachorū libros duos, qui & ipsi nec dum sunt emissi. Hoc opus sic incipit. Humanum genus.

Ad instantiā deniq; Nicolai Stauronesii, tunc prioris mei claustralis in Spanheim, scripsi super regulam sancti patris nostri Benedicti libros duos, quod sic incipit. Venite filii audite me, timorem Domini doce.

Ad petitionē quoq; memorati Ioannis Damii scripsi duos libros exhortationū ad monachos, qui & ipsi delitescūt. Hoc opus sic incipit. Militiæ conuenit Christianæ.

Ad instantiam cuiusdam amici librum scripsi unum de miseria uitæ præsentis, in quo legentis animū ad mundi contemptum inducere conatus sum. Hoc opus dudū fuit impressum & incipit. Cum nihil sit uita &c.

Contra uitium proprietatis monachorū atq; claustralium scripsi librum unū, ad instantiam cuiusdā monachi in Blieden stat, qui est impressus Moguntiæ ante plures annos. Hoc opus sic incipit.

fic incipit. Omnes ad uitam &c.

Chronicon quoq; monasterii tūc mei Spanhemensis, à tempore foundationis suæ usq; ad annos Christianorum millesimū quingentesimum secundum cum magno labore conscripsi, in quo successiones, tempora, & gesta omnium abbatum eius à primo usq; ad me, quantum inuenire potui diligentissime ordinaui, magnum uolumen conficiens historiarum in quo singulis annis multa per digressionem inserui rerum memorata in Alemania dignarum. Hoc opus sic incipit. Anno Dñi.

De modo & forma uisitationis claustralium scripsi librum qui Nurenbergæ dudum iussu patrum est impressus, & sic incipit. Fratres tuos uisitabis si reſte.

De modo etiam & forma celebrandi synodum ordinis prouincialem scripsi librum unum iussu & imperio patrum, qui præscripto coimpressus est, incipit. Quoniã in celebrand.

Statuta quoque capitulorum prouincialium à tempore concilii Constantiensis usque ad capitulum in Hirsauia celebratum, mandato Patrum abbreviando in unum librum comportauit, qui duobus præscriptis Nurenbergæ coimpressus est, & incipit sic. Quoniam uolenti singula ord. stat.

Statuta etiam annalis capituli patrum de obseruantia eorum iussu in unum librum ornatiore stylo abbreviando redigi, qui Coloniae habetur in cenobio sancti Martini, & in Spanheim habetur, & incipit sic. Reuerendis in CHRISTO.

Ad instantiam Ioannis abbatis Bursfeldensis modum & formam descripsi annale capitulum celebrandi, quod opus priusquam perficerem ille obiit, & libellus in Spanheim cum aliis remansit. Incipit autem sic. Reuerendo patri, Domino Ioanni.

Ad preces Blasii abbatis Hirsauensis chronicon eiusdem cœnobii scribere adorsus maiorem partem complui, sed illo mortuo æditione intermisi, incertus qua mercede successor eius laborem recompensare futurus sit.

Ad eiusdem abbatis Blasii preces scripsi librum unum de ruina ordinis nostri, quem *μενδικόν*, id est lugubrem, prænotavi. Hoc opus Moguntiaë impressum est, & mandato patrum ad mensam in prouinciali capitulo semper legi consuevit. Incipit autem. Cum ordinis nostri pristinum decorem.

Ad instantiã Gerlaci de Breytbach abbatis Tuitiensis prope Coloniam, scripsi de laude scriptorum librum unum, qui est Moguntiaë impressus, & incipit. Venerabili patri Dño &c.

Ad preces quorundam patrum de ordine carmelitarum scripsi libros duos, in quorum primo, principium, incrementum, & laudes eiusdem ordinis digessi. In secundo illustres uiros qui in eo claruerunt consignauit. Hoc opus Moguntiaë impressum est & incipit. Precibus & instantia uene. &c.

De laudibus quoq; sanctæ Annæ matris intactæ atq; castissimæ uirginis Mariæ Dei genetricis scripsi librum unũ ad preces Rumoldi Prioris Francofordensis memorati ordinis, qui est impressus & incipit. Voti compellit necessitas.

Ad preces cuiusdam nouelli sacerdotis Nicolai Mernicensis apud Grunes quondam conscholaris mei scripsi de institutione uitæ sacerdotalis librum unum, qui est impressus & incipit sic. Petis à me Nicolae frater charissime.

Ad Ioannem Camerarium Dalbergium Vangionum eruditissimum antistitem librum scripsi de ecclesiasticis scriptoribus prænotatum, qui Basileæ fuit impressus, sic incipit post epistolam. Multorum instantia sæpe rogatus.

Ad preces Iacobi Vuimpfelingi Sletstattensis, poetæ, oratoris, atq;

toris, atq; theologi clarissimi opusculum scripsi de illustribus Germaniæ scriptoribus, quod prænotavi: Catalogum luminariū Germaniæ. Hoc opus Mogunticiæ impressum sic incipit. Quoniam sunt nonnulli Iacobe.

De uiris quoq; illustribus ordinis nostri scripsi libros quatuor, qui nēdum in lucem prodierunt, quorum primus loquitur de principio & incremento ipsius ordinis in genere. Secundus uero catalogus est sanctorum ex ordine ipso canonizatorum. Tertius Romanos continet pontifices ex ipso assumptos. Et quartus uiros ordinis exprimit insignes, qui non minus Ecclesiam catholicam q̄ ordinem ipsum scriptis & lucubrationibus suis magnifice ornarunt. Hoc opus sic incipit. Cogitanti mihi ac crebrius.

Ad fratrem Albertum Latronem, ordinis Minorum scripsi de computo Ecclesiastico librum unum, qui non est ad huc deductus in publicum. Incipit autem: Ioannes Tritemius abbas, &c.

Ad imperium patrū ordinis mei de obseruantia nostra quæ Burssfeldensis à loco suæ originis dicta est, scripsi arduum opus de triplici regione claustralium, occasione accepta ex quibus synthematis in prologo fit mentio. Sunt autem tres libri quorū primus regionē describit claustraliū incipientiū, secundus proficientium, tertius perfectorum. Hoc opus Mogunticiæ impressum est, & post epistolam meam ad præfidentes sic incipit: Cum uite monasticæ statum.

Ad preces quoq; cuiusdam amici, præfato trium regionū claustralium operi adiunxi post finem, spirituale exercitium monachorum librum unum, qui similiter cum illo est impressus, & incipit sic: Quoniam opusculum de triplici reg.

Rursum de ipso monachorum exercitio unum epitoma ad

eiusdem amici petitionem extraxi, quod cum praescriptis similiter est impressum, & sic incipit: Et si formula spiritualis.

Magnum post hæc & nimis arduū opus Steganographiæ mirabilis adinventionis in octo libros partiedum scribere sum adorsus, cuius primum quidem librum & secundum ad finem usq; perduxī, tertium uero mancum & reliquos omnes dimisi usq; in hunc diem animo sepultos, & multiplici consyderatione persuasus, cum & labor sit magnus, & forsitan retributio parua. Maneat ergo impercum, sicut iacet, donec aliud persuadeat utilitas. Hoc opus sic incipit: Antiquissimos, sapientes, quos græco sermone philosophos.

Ad preces Vdalrici Essingensis Theologi, Colonienisq; maioris Ecclesiæ Canonici, de certis dubiis & quaestionibus in Evangelio κατὰ Ioannem scripsi ad textum græcum libellū, qui non est impressus & incipit: Crebris amicorum.

Ad eundem alium scripsi libellum de quibusdam in Psalterio dubiis ad exemplaria græcorum, quorum breuem feci absolutionem. Incipit autem: Cum nuper ad Coloniam.

De sanctissima quoq; matre Anna rosarium quinquaginta distinctum articulis ordinavi, pro mea in eā deuotione, simul & horarias preces, quas cursum appellare consueuimus, officii missæ cum sequentia. Exultent in hac die, & alia quæ incipit. Iesucœlorum regis sanctam laudemus.

Ad preces Macharii abatis Lympurgensis scripsi de miseria prælatorū claustralium libros duos, qui necdum in lucem sunt æditi, sed in Spanheim manserunt. Hoc opus sic incipit. **V**t de miseria prælatorum claustralium, &c.

Orationes in capitulis ordinis & extra habitas, plures scripsi numero quàm uiginti, quorum aliqua Moguntia fuerunt impressæ, alia uero per amicos dispersæ sunt.

Rosaria.

Rosaria quoque multa de diuersis sanctis, Petro, Paulo, Maria Magdalena, & aliis, collectas, profas siue sequentias, orationesque supplicatorias sine certo numero complures, ad instantiam deuotorum hominum scripsi, quorum omnium exemplaria non retinui. Complura etiam parua scripsi opuscula, quorum hac uice titulos omnium ad memoriam nequeo reuocare. Ex his nonnulla in lucem ædita iam dudum prodierunt, alia uero in Spanheim necdum satis elucubrata dimisi, in posterum forsitan perficienda.

De origine & progressu ducum Baviarum quoque scripsi iubente serenissimo principe Domino Philippo Comite Rheno Palatino, cuius exordium operis à memoria lapsum est.

Epistolas uero ad amicos scripsi multas, quarum pauca in unum librum coadunavi, illas uidelicet quas in principio abbatum meam spanhemensem emiseram. Reliquæ autem absque ordine iacent adhuc in schedulis dispersæ, quas si potero in unum uolumen aliquo tempore comportare curabo.

Hæc sunt synthemata mea Rogeri amatissime Sycamber, quæ in abbacia Spanhemensi scripsisse ad præsens memini, inter occupationes rei familiaris cõtinuas, & creberrimas ut non sibi in ordine meo uisitantes, ab anno Christianorum millesimo quadringentesimo octogesimo tertio, die mensis Iulii uicesima nona, quando in abbatem fui electus Spanhemensem, usque ad annum millesimum quingentesimum quintum, primam uidelicet diem mensis Aprilis, quando de Spanheim ultimo exiui non amplius reuersus. A tempore uero exitus mei de Spanheim usque ad introitum meum in hanc diuinam Iacobi abbatiam, fluxerunt menses decem & octo, dies quindecim, in quibus parum scribere potui, præter quasdam epistolas familiares, quas in unum librum hic postea redegi. Nouem uero mensibus, qui-

bus interea cū serenissimo principe Ioachim Electore in Marchia Brandenburgensium manseram, quod te non lateat, mihi me fui ociosus, sed quædam ad eius imperiū lucubraui opuscula, quorū aliqua cōpleui, reliqua imperfecta dimisi. Nam complurium historias abbreviaui sanctorum ad eiusdem Principis instantiam, quorum deuotione per amplius seruebat, multasq; & uarias orationes de eisdem supplicatorias in uno uolumine compositaui quod sic incipit. Magnum & arduum opus tui amore Princeps, &c.

Eodem quoq; tempore in Marchia constitutus iubente me morato principe scripsi de uariis atq; diuersis materiis & rebus antiquitatum ex disputatione quotidiana emergētibus libros 14. in uno uolumine, quod opus prænotauit Panaethiā, cuius prologus prim⁹ sic incipit. Multa sunt præceptor magne, &c.

Aliud etiam opus Hieraticum scripsi ad eundem principem pro diuersis morbis propellendis necessarium, in quatuor & triginta particulas diuisum, cuius primus prologus sic incipit. Ea que tuæ maiestati scripturus aggredior, &c.

Præscripta tria uolumina compleui ad finem, reliquorum uero que necdum perfecit titulos hic dicere nemo compellit.

Hæc sunt Rogeri charissime, quæ abbas Spanhemensis in tribus & uiginti annis lucubraui opuscula, quæ uero sequuntur postea scripsi abbas monasterii sancti Iacobi Apostoli in suburbano Herbipolensi, cui nunc præsum indignus, tanto literarum intentioni uacans liberius, quanto propter inopiam rei temporalis minus sum in externis occupatus. Sciens enim locum esse pauperem & quietum eo assumpsi libentius, quo me posse uacare studio scripturarum liberius sperabā. Scis enim quod plures magnas abbatias & pingues mihi à principibus oblata, amore quietis & scripturarum contempsi. Hanc autem, cum mihi fuisset oblata, meo confidens amplius conuenire.



proposito sciens pauperculam assumpfi, in qua necdum integrum compleui annum, unde & pauca lucubraui.

In primis scripsi librum unum in laudes sanctissimi Iosephi nutriti Domini & saluatoris nostri IESU CHRISTI, cui adiunxi rosarium quinquaginta articulorum ex praconis meritorum eius. Officium quoque cum orationibus, & prosa quam sequentiam appellant. Hoc opus sic incipit. Magna saepe desyderio statui satisfacere & deuotioni propriae.

Post haec scripsi ad Iacobum Tritemium fratrem Epistolaram mearum familiarium libros duos, quorum primus continet quasdam epistolas numero . 66. quas scripsi ad diuersos per totum illud tempus, quo de monasterio Spanhemensi exiui, usq; ad introitum meum in hunc locum. Secundus uero continet epistolas similiter, 60. quas hoc anno abbatiae huius primo scripsi ad diuersos. Hoc opus sic incipit: Oportune satis admonuisti suauissime, &c.

Scripsi praeterea hoc ipso anno magnum & laboriosum opus in sex libros partiales diuisum, quod praenotaui graeca distictione pollographiam, quod latine sonat multam scripturam. Docet enim miranda subtilitate naturali, multes immo infinitos scribendi modos, & nunciandi secretissime tutissimaeque ac sine aliqua suspitione uniuersaliter in omni lingua totius mundi quodcunq; fuerit nunciandum uel scribendum. Hoc opus sic incipit: Legimus complures ueterum sapientes, &c. Sed notandum Rogeri, qd hoc opus habere neminem aequae decet ac principes magnos atq; potentes, per quod secretissima negotia sua nunciare possunt absentibus sine timore, ita qd archana eorum totus mundus non possit inuenire absq; huius libri scientia, quae facile discitur habito uolumine, & sine labore in memoria retinetur. Propterea statui hoc opus cuidam offerre principi.

cuius sapientia & uirtus omne bonum meretur.

Contra perniciosum quoq; Simoniacae ac proprietatis claustralium morbum & uitium maxime monialium ad proposita mihi quaestionem respondendo scripsi librum unum, qui sic Incipit: Est coenobium quoddam monialium, &c.

Hæc etiam sunt Rogeri quæ præfenti anno in hac sancti Iacobi abbazia constitutus lucubraui, quorum scire titulos & seriè toties desiderasti. In manibus adhuc quædam uersantur imperfecta, quorum titulos & prænotationes te scire faciam, cum ad calcem ædita fuerint.

Deceui autem in posterum, si uoluerit altissimus, qui potest omnia solus, opus lucubrare meorum omnium quidem maximum, quod libris duodecim foret distinguendum, quorum materia erit de dæmonibus artibusq; prophætiis & maleficiis eorundem, quibus humanum genus misere decipiunt: estq; mihi animus omnes superstitiosas dæmonum artes & hominum pro uiribus explodere, confutare, & quàm sint uanissimæ, perniciosæ ac detestandæ multipliciter ex propriis stultorum qui eas tradiderunt libris demonstrare. Videtur enim mihi necessarium opus his maxime temporibus, in quibus homines nimium sunt curiosi, docti uidelicet nonnulli similiter & indocti, ea perquirentes quæ melius nescirent. Laboris tamè ardui magnitudine non mediocriter deterritis ad tempus differre intentionem hanc meam utile putauit, quo interim successiue materia in unum pro tanto necessaria opere comportetur. Hæc sunt quæ tibi ad literas tuas iudicio meo rescribenda fuerant. Si qua uero post hac in lucem ædidero, non inter ultimos scies. Vale nostri memor ad Deum. Ex Herbipoli ultima die Augusti. Anno Christianorum millesimo quingentesimo septimo.

Reueren

REVERENDO IN CHRISTO PATRI  
 domino Ioanni Tritemio abbati sancti Iacobi in subur-  
 bio Herbipolensi præceptoris suo egregio atq; do-  
 ctissimo, Bartholomæus Lescanius presby-  
 ter indignus, & Marchionis Alberti  
 Capellanus salutem exoptat  
 æternam.

**E**T si paruo tempore uobscum reuerende pater in-  
 Visulo sum conuersatus, non paruum tamè ex ipsa  
 conuersatione profectum reportauì, quoniam ue-  
 stro medicamine de grauisimo capitis mei dolore, quem per  
 annos decem & octo continue ac sine intermissione aliqua su-  
 sinui, & à nullo medicorum poteram releuari, Domino Deo  
 miserante curatus sum & plene conualui, de quo paternitati  
 tuæ infinitas gratiarum actiones dico, meq; totum in mâcipiũ  
 offero, do, & impendo. Omnipotens Deus reuerentiam uestrã  
 & in corpore & in anima saluam & incolumem perpetuo con-  
 seruare dignetur, sicut me miserum miserandũq; hominem  
 uestra pietas misericorditer respexit, & de tam graui ac diutur-  
 no capitis dolore curauit, de quo medici nostri omnes semper  
 quorquot cõsului desperauerũt. O spes mea post Deum unica,  
 salus & promotor egregie, calamo exarare non ualeo tenui,  
 quanta uobis sum charitate obnoxius & inclinatus, in tantum  
 ut si uestræ complaceret paternitati, omnibus uitæ meæ dieb;  
 me uobis obligare in famulum unã cum his quæ possideo uel-  
 lem ac optarem. Vestra namq; gratiosa paternitatis recorda-  
 tio semper apud me est, & de memoria cordis mei nullo unq;  
 momento potest deleri, quoniam nõ est hora in qua præsentia  
 uestri non cogitem. Valde autem sum tristis, & multi ciuium  
 Berlinesium mecum dolent uehementer de perpetua parca-

nitatis uestrae absentia, qui omnes nihil magis cupimus, q̄ si foret possibile q̄ aliquando ad nos rediretis. Nouimus enim plures q̄ princeps noster clarissimus multum desiderat reditum uestrum, & quotidie uestrum dicitur praestolari aduentum. O, si ad nos cito reuertatur uestra paternitas, quanto cum gaudio suscipiemini à nobis? Sciat paternitas uestra, q̄ promotione Domini Georgii prioris amicissimi uestri, capellanus factus sum illustris magnificiq̄ principis domini Alberti Marchionis, cum quo mihi uideor in loco esse paradisi, quia licet iuuenis sit, ualde tamen religiose uiuit, & honestis: me in omnibus conuersatur. Laus cunctipotenti Deo, qui non deserit sperantes in eum, cuius benignitas uestram paternitatem mihi merito colendam, felicem in æuam conseruare dignetur. Amen.  
 Ex Berlin decima tertia die mensis Maii. Anno Domini millesimo quingentesimo septimo.

IOANNES TRITEMIUS ABBAS MONASTERII sancti Iacobi Herbipolensis, Bartholomæo Lescanio presbytero salutem.



Iteris tuis amantissime uir, quibus mihi de tua sanitate magnifice gratias agis, quid aliud respondere, aut possum, aut debeo, quam illud quod Ioannes Mesue medicus in principio cuiusdam aggregationis suae praefat, dicens: Sanat solus la guores Deus, & de frugalitatis solo produxit in largitate sua medicinam benedictus, gloriosus, & excelsus. Vnde non mihi sed Deo gratiarum actiones habendae sunt, quia sua bonitate non solum infirmos sanat, sed cum sit omnipotens etiam mortuos uiuificat. Ego autem non medicum, sed monachum profiteor Christianum, cuius si quid tibi profuere consilia, ille merito benedicendus & collaudandus est, à quo totum accepimus bonum q̄ intelligimus. Memoria uero

uero mei, quã te iugiter habere testaris, cum pro peccatis meis intercedendo cõuerteris ad Deum, esse mihi gratissimã scias, hoc est, ut quoties in altari sacrificiũ redẽptionis nostrã oblaturus Deo Patri omnipotẽti memoriã amicorũ tuorum celebras, etiã orando pro me mitaliter dicas. Oro te Domine sancte pater omnipotens æterne Deus, per dolorẽ uulnerum Iesu Christi Domini nostri, memẽto etiã seruitoris tui licet prauis Ioannis Tritemii abbatis, & quicquid peccauit in te per sanguinem eiusdẽ filii tui misericorditer Ecclesia tua per me postulante relaxa. Si hãc memoriã mihi sedulo habueris Lescani charissime, beneficio me q̃ maximo donasti. Congaude tibi nõ mediocriter, q̃ boni principis fauorem & gratiam inuenisti, in cuius te seruitio ita uiuere decet, ut animã profectũ atq; salutẽ nunq̃ postponas illecebris carnis, nec ita diligas cõmodum & pacem mũdi, ut obliuiscaris cœlestis cõsolationis regni. Redĩtum uerõ meũ in Marchiã sicuti promittere postulantibus cũ principe amicis uobis non audeo, ita non temere nego. Potest enim omnia Deus, cuius nutũ & uoluntatẽ sequi, omnis creaturæ salus. Futurorũ autẽ nulla mortalibus est determinata cõgnitio. Vale nostri memor. Herbipoli penultima Augusti. Anno Christianorum millesimo quingentesimo septimo.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI domino Iohanni Trit. abbati S. Iacobi Herbipolen. præceptoris suo q̃ charissimo, frater Theodoricus monachus Fuldenfis reuerentiã & honorẽ cum humilima sui recõmedatione.



Euerende pater & præceptor amantiss. me, audiens paternitatẽ uestrã aliam suscepisse abbatĩ, & resignauisse Spanhemẽsem, ultra modum sum animo cõternarus & fluctuãs in memetipso que d. modo diuisus, & con-

tristatus euasi, & lætus. Contristatus quidē propterea, q̄ inuidia æmuloꝝ uestroꝝ in tantū ualere permīssa est, ut uobis occasione præberet monasteriū uestꝛū deferendi, quod uestꝛis ingenio scriptis & libris per totū ferme orbem notū, clarū, famo-  
sūmq; reddidistis & insigne. Quid enim fuit monasteriū Spanhemese priusq; uestꝛa paternitas reuerenda eidē præficeretur? In obscuro latebat & in tenebris, ita ut ultra decē miliaria in circuitu nominis eius nulla æstimatio uel noticia haberetur. Reddidistis illud uestꝛis lucubrationibus longe latēq; gloriosum & notū, ita sicut uidi per memetipsum, qui ultra trienniū sub uestꝛo magisterio militauī discipulus, quod ex Gymnasio Parisiēsi in Gallia, Louaniēsi in Brabantia, Tubingēsi in Sueuia, ex Italia quoq; & Alemania, alijsq; remotioribus terrarū locis, q̄ multi uiri doctissimi, Principes quoq; & pontifices excitati fama nominis uestꝛi, certatim cōfluebant ad Spanheim nō sine monasterii ipsius cōmodo & utilitate, qui omnes non hoc quidem nomine uenerūt ut monasteriū uiderēt, immo quod indubitatē tenendū est, propter te ac eruditionē tuā aduenerūt. Ornauisti etiā nouis structuris monasteriū atq; pulcherrimis, libris quoq; & multis & preciosissimis, de quibus uehementē doleo q̄ penes indoctos ingratissimōsq; monachos illos Spanhemenses debeat remanere. Lætor autē & cōgratulor paternitati uestꝛæ nō mediocriter, q̄ locum inuenistis quietū & studiis uestꝛis cōuenientem, quāuis ego cōsuluissē potius, ut apud illustrissimū principē in Marchia māssissetis, qui uobis, ut mihi tūc uidebatur, non spernendas cōditiones offerebat. Benedictus Deus, qui pacē uestꝛæ paternitati tribuit, & aduersarios uestꝛos iam in eorum cōfusione dereliquit. Aestimauerūt se animū paternitatis uestꝛæ partibus suis insectere posse, sed minime potuerunt; & cōtigit uobis quod sancto patri nostro Benedicto &

Rabano

Rabano quondam Fuldenſi cōtingit abbati, qui cum eſſent animarū idonei optimiq; paſtores, odium monacherū ſuorum propter iuſticiā incidērent, & quos uenerari ſummo honore debuerāt, inuidiſ machinationibus perſecuti ſunt. At illi mox relictis ouibus ne dicam hœdiſ ingratiffimif atq; peruerſif, ad alia ſe loca tranſtulerunt. Sera tandē pœnitētia ducti ſe paſtores perdidiff optimoſ lamētabantur, queſ prauif antea monibuſ excacati nō cognouerunt. Simile cōtinget in breui nō dubito monachiſ in Spanheim relictif, colūna totiuſ ordinif ſp̄reta & cōtempta, iam ſub ſicu ſterili & fatua, hoc eſt, ſub ſtolido priore, quē ſibi in abbate p̄fecerunt, degentibuſ, qui ſe una dieſ mœſto corde alitq; fatebuntur ſuſpiriif grauiter deliquiff & peccaſſe in patrē māſuetiſſimū doctiſſimūq; paſtorē, qui nulli contra æquitatem fuit moleſtuſ, nulli grauiſ, nulli oneroſuſ. Tunc ſine dubio dicturi ſunt, & forte iam etiā dicunt, huiuſ in quo nunc uerſantur monaſterii ſtatuſ incōparabilem cōparatiōnē faciēteſ, ad eū, in quo ſub ueſtro regimine claruerūt. Noſ inſenſati atq; omniū hominū miſerrimi, quare tam utilem, inſignem & humaniſſimū paſtorē ad indignatiōnē iniuriif & cōtumeliif noſtrif prouocauimuf? quare detractoribuſ & æmuliſ tāti uiri credidimuf? ecce quomodo nunc ſedemuf abiecti, deſpecti atq; cōtempti ſub fatuo & inexperto paſtore, ille autem corā Regibuſ & principibuſ magnuſ inter doctof uiriūſq; uirū uirorū reputatur habeturq; ac uariif honoratur muneribuſ. Credat mihi reuerēda paternitaſ ueſtra, quoniā cito indubitanter dolebūt ſe peccaſſe in perſonā ueſtram, cum eueniret eiſ iuſto Dei iudicio uindicta quam meruerunt, reportabuntq; ingratitudinif ſuæ cōdignam mercedem. Quantum ad meaf pertinet conditioneſ noſcat paternitaſ ueſtra, quòd poſtea q̄ anno præterito ceceſſi à uobif de Spira cum licētiatorio abbatif mei

Vuiffenburchensis ueni ad Fuldam, ibiq; in maiori cœnobio iā professus & stabilitus manere deinceps promisi. Commiserunt mihi statim patres loci negociū stationariū S. Bonifacii in terris Thuringorū & Buchoniorū procurandū, ratione cuius in breui uenturū me cōfido ad Hamelburgiū, inde si quoquo modo fieri potest uestrā paternitatē accedam, de cæteris latius cū eadem collaturus. Te enim tanquā protectorem & cōsolatorē meū unicū humanissimūq; semper & habui & expertus sum in omnibus tribulationibus, tam meis q̄ monasterii quondam mei Vuiffenburchensis, in quibus per annos extitimus quatuordecim, cum seuitet in nos impiissimus ille tyrannus Ioannes de Drade frater Episcopi Meisburchensis Palatini comitis Marschaleus, militiae nomine indignus unū cum Acherōtis satellitibus, qui suis ausibus temerariis adhaeserunt. Abbas noster tyrannorū crudelitātē declinans pro rebus monasterii apud sedem Apostolicam Romæ certabat, & mali cōtra nos miserabiles monachos in patria tot & tātas crudelitates exercebant, ut nusq̄ essemus securi. Interea patres ordinis penè omnes, & maxime obseruantiae Bursfeldensis metu tyrannorū manus subtraxerūt, & cum præinopia monasterii nos dispergi esset necessē, uix quempia ex nobis hōspicio recipere audebant, & praesertim uiciniores, qui magis incendi cortēs timuerunt, q̄ fraternam uiolare charitatē. Vestra autē paternitas Deum magis timuit q̄ homines mortales, & quāuis hostes nostri uobis essent multū uicini, nihilominus uelut alter Thobias, nō solum hōspitio nos, sed etiā ad conuentū uestrum cōplures nostrū multo tēpore suscipiēs humanissime tractauit. Inter quos & me tādē clementer admittēs in quartū tenuit annum, gratis mihi omnia necessaria tribuens, & quod maximū est omnīū, studiis me imbuere curauit bonarum literarum, de quo gratias paternitati



tati tuæ ago immortales, nec agere cessabo q̄ diu in carne fuero. Semper enim non solum mihi, sed omnibus quoq̄ monachis desolatis, & miseris, aduocatus extitisti atque patronus, & multos ad uiam ueritatis reduxisti, nec aliquis unq̄ sine cōsolatione abiit, qui tuum consiliū implorauit. Propter quod sicuti nullatenus dubito, misericors Deus, qui te tribulari ad tēpus modicum permisit, locū tibi postea magis quietum & aptum pro studio scripturarū prouida dispensatione ordinauit. Parcat mihi paternitas uestra de prolixis & ineptis scriptis meis, & longæ ualeat utriusq̄ hominis incolumitate, cui me humilissime cōmendo. Datæ ex Fulda uicesima octaua die mensis Augusti. Anno Domini millesimo quingentesimo septimo.

IOANNES TRITEMIVS ABBAS DIVI  
Iacobi in suburbano ciuitatis Herbipolensis, fratri Theodorico de Eltz monacho Fuldensi S.



Ongratulor sanitati tuæ Theodorice frater chariss, & paci tuæ uehemēter cōgaudeo, quod ut faciā tua merita ratione iustissima exegerunt, forēmq̄ ingrati tudinis uitio perpetuo arguendus, si ministeria per te mihi exhibita multipliciter tam cito traderē obliuioni. Quoniā quidē ut cætera pertranseam, hoc unū a memoria mea nunq̄ ulla de lebit obliuio, q̄ me apud Budoras cū serenissimo principe Palatino antē bienniū in causa exusti Lymphurgensis monasterii per plures dies existente, cum principis Cynonotorum quidā satellites interea monachis meis dissimulantibus, ne dicam consentiētibz in contumeliā mei cōspirassent, eo quod partiū memorati principis Philippi me dolerēt fauorē, temerariā tu mihi præsumptionē illorum & primus & solus nūciaſti, per mi nās eorū & gladios iter charitate tibi tutū faciente. Monachi uerō mihi regulari fidelitate profecsi cum amulis infideliter.

conspirâtes, quid in me cômiserint, sciêti nō opus est ut enarremus. Nec solum mihi denūciaſti conſpirationē æmuloꝝ, quæ mihi alioquin ignorata nimis pernicioſa fuiffet, ſed etiã libellos noſtros & inſtrumeta ſciêtiarũ & rerũ archanaꝝ apud Stauroneſum & monaſterium, tua induſtria & fidelitate ad nos de manibus æmuloꝝ tráſduxiffi, meq; Necmeti & Nouburgio inſirmantē non dereliquiſti. Ad Coloniam Agrippinã, indēq; ad Marchiam Brandenbúrgēſem eunti mihi comes & miniſter indefeſſus ſemper extiſti, quãdo in his omnibꝫ fratũ meoꝝ uenire nec unus quidē curauit. Quo circa dignum eſt & iuſtum uideatur pro tuis in me miniſterijs, qꝫ fidelitatē tuam condignis beneficijs, quantũ cum Deo potero, recognoſcam. Ex literis igitur tuis, quas nuper dediſti ad me duo notaui, quæ tibi ad periculum animæ reſpiciant tuæ, niſi quãtotius per fugã eorundem ſaluti tuæ prouideris. Quorũ alterum eſt, quod contra æquitatē de regulari ordinis obſeruantia declinaſti ad monachos deformatos. Alterũ uero qꝫ ratione miniſterii tibi commiſſi quæſtum ſequēs publicũ, non ſine iniuria propoſiti uitæ monaſticae hinc inde mēdicus & uagus diſcurris. Oro te frater ut audias conſiliũ meum, quē fidum tibi ſemper cōteſtariſ extiſſe patronum. Rem animæ tuæ pernicioſam nimis & ſine hæſitatione aliqua periculoſam feciſti, recedēs à legitimis patrũ noſtrorum, derelinquēſq; obſeruatiã uitæ regularis, quam in cœnobio Wuiffenbúrgēſi publice profeſſus es, iuraſti, & promiſiſti coram Deo & ſanctis eius ſolēniter, & nunc inter monachos deformatos uitã agis profeſſioni tuæ minime cōgruentē. Quomodo ſtabis in iudicio Dei? aut quid reſpōdebis, ſi in tali ſtatu deceſſeris, qui profeſſioni tuæ omnino eſt cōtrariuſ? Ecce iam facis ea quæ ſanctus pater Benediſtus tibi & omnibus interduxit, carnibus uelſceris, ludis & potationibus uacas, p̄ culũ

poſſidea

possides, cōtra institutionē monasticam uagus in mūdo cum dissolutione animi discurras, & quæ sequuntur ista calamus exprimere per singula erubescit. Nō sic in Aliburgio Heluetiorum institutus es, nec apud me in Spanheim hunc uiuendi modum didicisti, sed neq; aut à me talis conuersationis exēpla ullo tēpore uidisti, aut uel minimo notasti. Contrariū potius in me tibi manifestum, qui tam in Spanheim q̄ extra uitā & cōuersationis ultra quadrienniū semper testis affuisti. Scis enim nec te latere potest, q̄ plariq; Reges & principes me sollicitari multoties fecerūt amplo satis promisso stipēdio, quatenus ad eorū curias declinarem, sed nec hodie penitus cessant à cōcepta petitionis instantia. Ego tamen hactenus semper restiti, & nec muneribus nec promissis eorū acquiescere uolui, ut ab obseruantia regulari, quā semel professus sum, ullatenus recederē, quāuis maior data fuerit mihi q̄ tibi occasio ad alienos declinādi. Memento frater obsecro primæ institutionis tuæ, memēto uoti, memēto promissionis, & redi ad cor, quoniā non est licitum quod facis, sed omnino prohibitum, damnabile, & apostaticū à sancta reformatione uitæ regularis discedere, & ad deformationem cōnobium trāsmigrare. Proficere semper unicuiq; in melius licuit, uotūq; in bonis augere semper laudabile fuit, sed à bono in malū deficere nunq̄ licuit: nec uiolare & imminuere uotū Deo solenniter factū alicui permissum fuit. Nulla te cōegit necessitas propositū regularis obseruantie transferendi ad non regulariter uiuentes, propterea minime poteris excusari. Monachus es sub regulari obseruantia professus, qui ob id extra obseruantiam nullatenus poteris saluari. Aut ergo si uis esse saluus ad obseruantiam regredere, aut si perscueraueris in deformatione uitæ quā assumpsisti, scias te damnandum ab eo quem uoti transgressor contempsisti. Reuertere itaque te

hortor quando poenituisse iuuat, & consydera q̄ licenciatoriuū tuū non extēdit se ad deformatos. Ego me operā daturū polliceor, ut uel mecū, uel ad placitū alibi locū in obseruātia habeas honestū. Vale mente sanus & corpore, monita charitatiue suscipiēs amici. Scribam tibi alio tempore super his latius. Iterū uale nostri memor ad Deum. Ex herbipoli prima die mensis Septembris. Anno Christianorum 1507.

## REVERENDISS. IN CHRISTO PATRI

& domino, domino Matthæo Lang Ecclesiarum Curcensis Episcopo & Augustensis præposito Ioannes Tritemius abbas monasterii sancti Iacobi in suburbano Herbipolēsi S.



Euerendissime præsul, is qui paternitati tuæ reuerēdissimæ has meas exhibuit literulas, Ioannes dictus Rummel ex Nurenberga se missum affertis, à maiestate regia pridē ad me uenit, multisq̄ modis mihi persuadere conatus est, quatenus eandem aditurus maiestaté iter cū eo uerfus Augustanā ciuitatē assumerē. Dicebat enim se duos & triginta recepisse ducatos pro uiatico de manibus tuæ celsitudinis nomine regio, iussūmq̄ ut me quātotius curaret factis præsentare conspectibus. Verū quia literas nō exhibuit ulla, neq̄ regias, neq̄ tuas, quibus ueritate subsistere doceret asserta, subdubitare cœpi, ne forte sollicitator ipse fuerit apud Regiā maiestaté de me promittens magna quædā profutura maiestati, quæ professus fuerim nunq̄. Homo sum in religione monastica sub potestate constitutus, cui non licet sine manifesta ratione leuiter extra cœnobiū uagari. Quocirca tuā paternitatē reuerēdissimā humilime duxi rogandam, quatenus mihi uera si nunciavit, & abs te regio nomine cōmissa, absentiam meam rationabilem habere digneris excusata: sin uero aliter, mihi nō repute


putes ad præsumptionē, q̄ scripsi ab homine deceptus. Enim-  
 uero si literas mihi exhibuisset necessarias, quis ego qui nō ma-  
 xime optarem complacere Cæsareæ maiestati, quāuis nihil in  
 mesciam tāte celsitudini dignū. Nostra enim studia nihil ma-  
 gni promittunt: humilia sunt, qualia non magnos oblectare  
 principes, sed mediocribus soleant cōuenire hominibus. Nil-  
 hominibus si quid in me est uirium, quod regiā queat oblectare  
 magnificentiā, uias aperiet lator, quibus me coram licebit allo-  
 qui principem. Vale pontificum decus. Herbipoli prima Se-  
 ptembris. Anno 1507.

IOANNES TRITEMIUS ABBAS MO-

nastru S. Iacobi in suburbano Herbipolensi Eberhardo

Senft. Decano Ecclesiæ eiusdem S. Iacobi Bam-

bergensis, Capellano Regio S.

 Vōd literas ad te mitto meas tibi ignotus uir huma-  
 nissime, earundem latortibi notus effecit. Retulit  
 enim mihi q̄ me fauore prosequaris ingenti, sapēq̄  
 nominis mei rationē habeas cum laude coram Maiestate, ma-  
 ximēq̄ optes & noticiā habere nostri & amicitia familiarē, atq̄  
 p̄pterea Cæsareā sollicitaueris maiestati, ut me suis faciat astare  
 cōspectibus, ad cōferendū de his uel maxime, quæ ad historia-  
 rum pertinet æditiōnē. Habeo tibi gratias immortales pro be-  
 neuolentia in me tua, quas etiā, si licuerit unquā, referre pro ui-  
 ribus curabo. Venire autē personaliter ad maiestati Cæsareā  
 hac uice propterea distuli, metuens notari pro leuitate mea, si  
 ad unius incogniti hominis instantiā me uocatū à maiestate re-  
 gia credidissē, cū nulla affuerint testimonia literarū, quibus  
 fides mādati potuerit astrui maiestatis. Leuis iudicaretur ab om-  
 nibus & ambitione plenus, si nulla probatione confirmatis  
 tam facile mouerer suasionibus. Itaque si Maiestas regia me

coram uult esse praesentem, literis me faciat certiore. Non enim mihi est animus ad ignoti hominis instantiam quouam uari, cuius in hac parte solum ac quicui uotis, ut literas ad te dare meas, quibus tibi occasio praeretur ad me scribendi, animumque tuum non uerbis alienis, sed propriis manibus referandi. Vale nostri memor. Ex Herbipoli prima die mensis Septembris. Anno Domini millesimo quingentesimo septimo.

IOANNES TRITEMIUS ABBAS MONASTERII sancti Iacobi in suburbano ciuitatis Herbipolensis, Conrado Beutingero Iuris utriusque doctori salutem.



Ilbaldus Pirckenheymcr communis noster amicus scripsit ad me ante paucos menses, eam mihi conditione ad instantiam tui & amice rã à Regia maiestate dispositam, quasi uelim sub certo sufficientique stipendio quo ad uixero libere mihi deinceps liceat in ciuitate Augustana philosophari: domum quoque aptam cum ceteris uitae necessariis copiose fore constitutam, nihilque restare amplius, nisi quod meum in his duntaxat praerbeam consensum. Gratias Caesareae ago maiestati, tibi quoque & ceteris in communitate amicis habeo non uulgares, pro tanta beneuolentia in me uestra. Conditione uero quam mihi proponitis nullatenus acceptare possum, quia locum deserere meum, quem mihi dominus reuerendissimus praesul & princeps Herbipolensis sub fide & confidentia singulari commisit, non solum turpissimum foret, uerum & ingratitude uitio plenum. Malo enim omnibus uitae meae diebus in paupertate consuetam hic latere in exili coenobio, quam meo discessu tantum principem offendere aut parum turbare patronum. Enimvero confidentiam eius quam semel ad meam uisus est habuisse personam, ego quantum in me est nunquam infirmabo. Neque meo conuenit

ppp

proposito qui monachus sum, & in regulam diui patris Benedicti uoluntate spontanea dudum iuravi, relicto cœnobio in ciuitatibus conuersari, & post gustatam utcūq; cœlestis secreti dulcedinem, mūdi turfus occupari tumultibus. Non enim decet homines, imo nec licet, qui se diuinis semel mācipauerunt obsequiis ad actus redire seculares, neq; habitare in urbibus qui monasteriis sunt additi. Piscis in coquina & monachus in principis curia, ab extremo nihil uidentur distare periculo, quoniā morti uterq; est proximus, alter uidelicet uitæ & carnis, alter spiritus & mentis. Nam sicut impossibile piscem uidetur diu in curia differendum à morte, cum propterea sit illatus ut comedatur ab hominibus, ita nō est possibile, q̄ monachus in curia principis, uel in tumultu mūdane actionis propositum suum monasticum inuiolatum custodiat, maxime si cum ambitionis aut auaritiæ cupido extra monasteriū trahat. Secus est iudicandum, si ad hoc ipsum cōpellat quempiam ratio pietatis. Ego autē quietus & pacis amator, qui tumultuosam propterea dimisi abbatiam Spanhemensem, per inuidiam amulorum praestita mihi occasione, istāmq; reuera pauperculā assumpsi, ut à curis mandati aliquantulum liber & absolutus, mihi & studio uacē scripturarum, in consilio mētis dudum iam studium tenere & continuare decreui solitudinis, & quantum sine iniuria fieri potest curæ pastoralis, nullam de mūdi negociis habere sollicitudinem. Quod si maiestas Regia pro chronicorū additione meo delectatur officio, uoluntarius & paratus sum hic in meo facere cœnobio loquicquid lucubrā dum iniunxerit, modo labor ipse meus aliquātulum pro loci recompensetur necessitate, ne grauis persona iudicetur mea alienis intenta uel onerosa. Amicissimō tamē affectui tuo erga me gratias iterum atq; iterum ago, & ne moleste seras hanc meam sententiam oro. Vale

nus & felix longoque tempore saluus. Ex Herbioli sexta die  
mensis Septembris. Anno Christianorum 1507.

IOANNES TRITEMIUS ABBAS DIVI  
Iacobi Herbiolis, magistro Libanio Gallo præceptor  
suo doctissimo salutem, & perpetuam in Do-  
mino charitatem.



Nescio Libani quid mali nobis intulerit fortuna, quid  
ue inuiderit boni, ut cum natura simul & gratia nos  
mente & spiritu fecerit unanimes, illa tanto locorū  
interuallo uoluerit ab inuicē corporibus esse distātes. Vnde fit  
q̄ uterq̄ uehemētē dolenus, neq̄ uerbis quidē, neq̄ literis mu-  
tuis, nisi post mēses & annos plerūq̄ plures, nos posse cōsolari,  
& interdū ne hoc ipsum quidem, propter rarū qui literas perfe-  
rāt nostras referantq̄ occursum. Accepi nuper in fine mēsis Se-  
ptēbris literas quas ad me cuidā mercatori Francfordiā pctitu-  
ro in Hispania uicētima quarta die mēsis Iunii ut apparuit tra-  
didisti, ornatas simul & multis philosophiæ nostræ mysticis  
plēnas, in quarū lectione sæpius & iterū repetita, usq̄ adeo mi-  
ratus & lætatus sum, ut pene mihi uiderer extra me factus, nec es-  
se in Frācia mecum, sed in Hispania, uel in Maiorica tecū. Erūt  
mihi literæ hæ tuæ quoad uixero memoriale sempiternū, & in  
unicū post Dominum nostrum Iesum Christū repositæ cōsu-  
gium, per quas in aduersis constantiā, in ambiguis experiat ue-  
ritatē. Magnis mirandisq̄ in philosophia scatēt archanis, quæ  
meo iudicio nullius capiet mortalis intellectus, qui tuo prius  
nō fuerit magisterio imbutus. Cellām te breui proponis intra-  
re magistri, quæ imitari moribus sanctis tēpore paruo in terris,  
te perpetuo nunq̄ pudebit in cœlis. Sed interea præceptor di-  
scipulū cui imbuendū cōmēdas, si pro Christi amore tu cre-  
mam, ille inhabitat mundū? O Libani animæ dimidiū meæ,  
me pre-



me precantē si possibile fuerit exaudi, ut prius quā tuum hac in re nimis ardua exequaris propositū, fidelem imo fidelissimū tibi accedas Melanium, cui sapiētissimus archicomēs iugiter adest Theophilus, qui forsitan sua prudētia Pelagiū tibi nouū ex matheto suscitabit. Maioricam siccine Libani abibis: cōfusio ni exponēs Triādricū, mœrori quoq; Megalopiū, quorū alter promisit, alter iam diu anhelus præstolatur aduentū. Quid uelū intelligis, fac ut amorē in nos tuū fortissimū etiā nunc experiamur ualentiorē. Libros diui Pelagii cœlestis doctrinæ, quos Melanio internūciantē postulauimus a te, iam nos cōfitemur adeptos, pro quibus & tibi gratias agimus, & iuxta placitū fideliter remittemus. Mearū cupide rerū Libani, uiuo hictāto liberior mihi, quāto mūdī pauperior rebus, ternarium pro uiribus ad unitatē reducēs, mentēmq; restituēs sibi, quo purior intellectus ad metas euadat principii iure propositas. Est mihi cōtentio interdū cum Melaniani, qui binarii partē subuertere cōnātū, aliquātōq; tēpore nō iure sed uiolētia quadā septimā sub æquinoctiali portionē agelli possederunt. Noster ille pigmētarius suo more in orbe rotatur, parū stabilis loco, qui quorū ad nos reuertitur, nouos semper auribus ingerit uentos. Mare Deo optimo maximo largiētē trāquillum agnoscito, q̄ diu placuerit illi qui omnia dedit, quo nobis feliciter nauigandum, hoc solū triste habētibus, q̄ tēpestate trāfacta incōmodorum meminisse pudet. Archicomitē Melanii præceptorē uigilantissimū, si quo tēpore uiciniorē tibi intellexeris, nō prætercas uelim, utpōte amātissimū tui, & qui cōmunis in Christo sit multorū amicus, crebroq; benefecerit nobis. Dedi has ad te perferendas literas meas cuidā mihi ignoto, qui se in Gallia testabatur iturū, cum mādatis, quatenus Carolo Bouillo Theologorū principi eas apud Parisios philosophanti cōsignaret, per

EPISTOLAE FAMILIARES. 348

quæ ad tuas tuto peruenirēt manus. Tu mihi rescribere cū decreueris p̄ ipsum Bouillū, si aliter nequieris, mihi & notū & amicū, literas tuas ad me ordina perferēdas. Vale nostri memor, ad Deū. Ex Herbipoli 5. Octob. Anno Christianorum 1507.

SERENISSIMO INVICTISSIMO QVE

principi & Domino, D. Joachim Brandenburgensium Marchioni, Stetinensium Pomeranorumq;

Duci, sacri imperii Archicamerario, principi electori, Ioan. Trit. abbas S. Iacobi

Herbipolensis salutem.



Erenissime princeps, tuæ in primis excellentiæ notū facio, me serenitatis humilimū oratorē, Deo miseratē optimo maximo, sanū & incolumē, meoq; more ualentē ac nihil magis optantē, q̄ ut omnia circa statū tuæ Serenitatis, uxoris quoq;, filii, ac fratris prospero geratur successu. Librū pro quo in mēse Maio tua serenitas ad me literas dedit, iuxta uotū scriptori meo dedit rescribendū, quē mense perfectū Septembri, quāta mihi fuit possibile uenustate ac pulchritudine feci operimentis ligari, de forisq; more tuo in superficie deaurari per totū. Volui autē quātotius ipsum librū tuæ destinare maiestati, nec differēre uel pauculos dies, nisi tabellarium quē eram missurus febres detinerēt quartanæ, qui mox ut conualuerit, librū tuæ celsitudini portabit. Cætera uero quæ tua serenitas mihi lucubrāda cōmisit, partim iam ædidi, partim ad hunc perficienda in manibus uersantur usq; diē. Curabo enim pro uiribus, ut tuis in me beneficiis memor & gratus inueniar, quibus etsi referre gratias nequeo, habere tamē & agere minime cessabo. Quod uere desyderatū uolumē cum latore præsentū literarū serenitati tuæ nō miserim, factū ratione arbitris oportet. Est enim iuuenis & pauper scholaris, aliquādiu famulus

mulus meus existens, qui mea cohortatione studiū repetiturus quod intermiserat, Francfordianū illud serenitatis tuæ Gymnasium adibit, cui has quidē tradidi literas: librum uero committere periculorum metu non audebam. Spero tamen quod breui conualescente tabellario meo, gratiā latior tuam aditurus sit. Cyphum argenteū intus & foris deauratum, quē mihi clementia tua per eundem tabellarium destinauit, cum maxima animi gratitudine me fateor suscepisse, pro quo gratias ago quantas possum & habeo immortales. Erit enim mihi serenitatis tuæ memoriale magnū, & signum beneuolētiæ tuæ in me manifestum. Compleui Domino adiuuante polygraphiæ meæ opus in sex partes, siue libros distinctum, quod tuæ maiestati constat esse dicatum. Operam dabō ut sacris conspectibus tuis quantotius exhibeatur. Omnipotens Deus celsitudinem tuā, o princeps inclyte, diu conferuet incolumē perpetuoq; felicē, cui me humilissimā supplicatione cōmendo. Ex Herbipoli 16. die mensis Octobris. Anno Christianorum 1507.

IOANNES TRITEMIUS ABBAS MO-

nasterii sancti Iacobi in suburbano ciuitatis Hex-

bipolensis, Iacobo Tritemio fratri

charissimo salutem:



Vod in principio huius secundi uoluminis epistolarum nostrarum Herbipolensium tibi sumus polliciti amantissime frater, pro uiribus nos credimus executos. Congelsimus enim in unum librum epistolarum nostrarum non omnium, sed quarundam, iuxta promissionem exemplaria, quas ex eo die qua monasterium istud intrauimus anno proxime transacto emisimus, usq; in hunc diem quo istā ad te perferimus. Accipe nunc igitur absentium cogitationes amicorum, quibus interdū reuoluendis nostri memoria

77-189  
300 71

EPISTOLAE FAMILIARES. 344

tibi nascatur, quamuis nitore careant uenustatis literæ quas dedimus omnes, poterunt nihilominus tuæ charitati conducere, propterea quod fraterno sunt amore suauis. Fecit interdum festinatio calamum tirubantem, propterea sicubi aut uerba notaueris transposita, aut in aliqua sui parte defectuosa, seu mendas offenderis quascunq; non sinas ipsum uolumen prodire in publicum, nisi per te fuerit diligenter prius emendatum. Fieri enim non potuit nimium festinantibus nobis, quin aut uerbum aliquando intermiserimus aut literam, quæ facile corriges. Vale nostri memor. Ex Herbipoli 16. die mensis octobris, Anno Christianorum millesimo quingentesimo septimo.

FINIS SECUNDI VOLUMINIS

Epistolarum familiarium

Ioannis Tricemii.

